



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
38 I
2
ROMA

Miscellanea

Quæ in hoc volumine continentur.

HIERONYMVS de viris Illustribus, cui annectuntur quæ Gennadius cõposuit de eisdem.


CORNELIVS NEPOS Item de viris Illustribus.

NOMINA magistratuum dignitatũq; Romanorum.

SEXTI RVFFI viri consularis ad Valentinianum super historia Romana Epitoma.

ORATIO Ciceronis pro Marcello.

Eiusdem pro lege Manilia.



Eiusdem Inuectiua prima aduersus Catilinã.

Eiusdem Inuectiua secunda aduersum eundem.

f. Paulus Gallus Remisa

ARGVMENTVM IN LIBRVM VIRORVM IL lustriũ. Ex epistola beati Hiero. ad Desiderium excerptum.

SCripsi librum de viris illustribus ab apostolis vsq; ad nostrã ætatem imitatus Tranquillum græcumq; Apollonium. Et post catalogum plurimorum me quoq; in calce voluminis quasi abortiuum & minimum omnium christianorũ posui: vbi mi hi necesse fuit: vsq; ad quartumdecimum annum theodosii principis quæ scripserim breuiter annotare.

PROLOGVS.



HOrtaris dexter vt tranquillum sequens ecclesiasti cos scriptores in ordine digerã: & quod ille in enu merandis gentilium litterarum viris fecit illustri bus: ego ĩ nostris faciam: id est vt a passione christi vsq; ad.xiiii. Theodosii imperatoris annũ omnes qui de scripturis sanctis memoriæ aliquid prodide runt tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem hoc idẽ apud græcos Hermippus. Peripateticus. Antigonus. Daristius. Satyrus doctus vir & lõge omnium doctissimus Aristoxenus musicus Apud latinos au tem Varro. santra nepos. Iginus & ad cuius nos exemplum viri pro uocasti Tranquillus: sed non mea & illorum similis est conditio. Illi enim veteres historias annalesq; replicantes potuerunt quasi de ingẽ ti prato nõ paruam opusculi sui coronam texere. Ego quid acturus sum: qui nullum præuium sequens pessimum vt dicitur magistrum memetipsum habeo quãq; & Eusebius Pamphili in decem ecclesiasti cæ historiæ libris maximo nobis adiumento fuerit. & singulorũ de quibus scripturi sumus volumina ætates auctorum suorum sæpe te stentur. Itaq; dominum Iesum precor vt quod Cicero tuus qui in ro manæ arce stetit eloquẽtiæ non est facere dedignatus in bruto orato rum latinæ linguæ texens catalogum: id ego in ecclesiæ scriptoribus enumerandis digne cohortatione tua impleã. Si qui tamen de his qui vsq; hodie scriptitãt a me in hoc volumine prætermissi sunt: sibi ma gis q̃ mihi imputare debebunt. Neq; enim celãtes scripta sua de his quæ non legi nosse potui. Et quod aliis forsitan sit notum mihi hoc

terrarum angulo fuerit ignotum: certe cum scriptis suis claruerint nõ magnopere nostri silentii dispendio suspirabunt. Discant ergo celsus Porphyrius Iulianus rabidi aduersus christum canes: discant eorum sectatores qui putant ecclesiam nullos philosophos & eloquentes: nullos habuisse doctores quanti & quales viri eam fundauerint extru xerint: & ornauerint: & desinant fidem nostram rusticæ tantum sim plicitatis arguere: suamq; potius imperitiam agnoscant.

Explicit Prologus.

LIBER DE VIRIS ILLVSTRIBVS EDITVS A BE ato Hieronymo cui quæ addidit Gennadius annectuntur.


Imon Petrus filius Ioannis prouinciæ Galileæ: vi co Bethsaida: frater Andreæ apostoli & priceps apo stolorum post episcopatum Antiochensis ecclesiæ: & prædicationem dispersionis eorum qui de circũ cisione crediderant in Ponto: Galatia. Cappadocia. Asia: & Bithynia: secũdo Claudii anno ad expugnã dum Simonem magum Romam pergit. Ibiq; .xxv. annis cathedram sacerdotalem tenuit: vsq; ad vltimum annum Neronis: id est. xiiii. A quo & affixus cruci martyrio coronatus est capite ad terram verso & in sublime pedibus eleuatis asserẽs se indignum: vt sic crucifigeretur: vt dominus suus. Scripsit duas epistolas quæ canonicæ nominãtur: quarum secunda a plerisq; eius esse negatur: propter stili cum priore dissonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum qui auditor eius & in terpres fuit huius dicitur. Libri autem eius e quibus vnus actorum eius scribitur: alius euãgelii: tertius prædicationis: quartus Apocaly psis: quintus iudicii inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem totius vrbis veneratio ne celebratur.


Acobus qui appellatˀ frater domini: cognomẽto iustus: vt nonnulli existimant Ioseph: ex alia vxore: vt autem mihi vi detur Mariæ sororis matris domini cuius Ioannes in libro suo meminit: filius post passionem domini: & resurrectionem statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus vnam tantũ scri

psit epistolam quæ de septem canonicis est quæ & ipsa & alio quodã sub nomine eius edita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Hegesippus vicinus apostolorum temporũ in quinto cõmentariorum libro de Iacobo narrans ait. Suscepit ecclesiam Hierosolymæ post apostolos frater domini Iacobus: cognomẽto iustus. Multi quidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit: vinum & siceram nõ bibit: carnem nullam comedit: nũq̃ attonsus est nec vnctus vnguento nec vsus balneo. Huic soli licitũ erat ingredi sancta sanctorum. Siquidem vestibus laneis non vtebatur: sed lineis: solusq; ingrediebatur templum: & fixis genibus pro populo deprecabatur: intantum vt in camelorum duritiam transisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa que enumerare longum est. Sed & Iosephus in. xx. libro antiquitatum refert & Clemens in. vii. Hypotiposeon: idest disputationum vel informationum mortuo Festo qui Iudæam regebat: missum a Nerone esse. successorem eius Albinum. Qui cum necdum ad prouinciam peruenisset. Ananus inquit pontifex adolescens Anani filius de genere sacerdotali accepta occasiõe cõciliũ cõgregauit: & cõpellens publice iacobũ: vt christum dei filium denegaret: contradicẽtem lapidari iussit: qui cum præcipitatus de pinna templi confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cœlũ manus diceret. Domine ignosce eis: quod enim faciunt nesciũt. Fullonis fuste: quo rudia vestimenta extorqueri solet: in cerebro percussus interiit. Tradit item Iosephus tãtæ eum sanctitatis fuisse: & celebritatis in populo: vt propter eius necem creditum sit subuersam esse hierosolymã. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galathas: dicens. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem domini. Et apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoq; quod appellatur secundum hebræos & a me nuper ĩ græcum latinumq; sermonem trãslatum est quo & Origenes sæpe vtitur post resurrectionem saluatoris refert. Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis: iuit ad Iacobum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora: qua libarat calicem domini: donec videret dominum resurgentem a mortuis. Rursusq; post paululum. Afferte ait dominus mensam & panem.

Statimqꝫ additur. Tulit panem. & benedixit ac fregit: & dedit Ia cobo iusto & dixit ei. Frater mi comede panem tuum quia resur rexit filius hominis a dormientibus.xxx.itaqꝫ Hierosolymis rexit ecclesiam: idest vsqꝫ ad septimum Neronis annum & iuxta tem plum vbi & præcipitatus fuerat sepultus est. Titulum vsqꝫ ad ob sidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliueti eum putauerunt conditum: sed falsa eo rum opinio est.

Matthæus qui & Leui ex publicano apostolus primus in iu dæa propter eos: qui ex circuncisione crediderant euange lium christi hebraicis litteris verbisqꝫ composuit. Quod quis po stea in græcum transtulerit non satis certum est. Porro ipsum he braicum habetur vsqꝫ hodie in Cæsariensi bibliotheca: quam Pamphilus martyr studiosissime confecit mihi quoqꝫ a Nazareis: qui in Bersabeæ Beroza vrbe Siriæ hoc volumine vtuntur descri bendi facultas fuit: in quo animaduertendum ꝙ vbicūqꝫ euangeli sta siue ex persona sua: siue ex persona domini Saluatoris veteri bus scripturis & testimoniis vtitur non sequatur septuagintā tran slatorum auctoritatem sed hebraicam: e quibus illa duo sunt. Ex ægypto vocaui filium meum. Et quoniam Nazareus vocabitur.

Iudas frater Iacobi paruam quidem. qui de septem canoni cis est epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch: qui Apo criphus est in ea assumit testimonium a plærisqꝫ reiicitur tamen au ctoritatem vetustate iam & vsu meruit & inter sanctas scripturas computatur.

Paulus apostolus: qui ante Saulus: extra numerum duode cim apostolorum de tribu Beniamin & oppido Iudeæ gisca lis fuit quo a romanis capto: cum parentibus suis Tharsum Cili ce commigrauit: a quibus ob studia legis missus Hierosolymam. a Gamaliele viro doctissimo: cuius Lucas meminit: eruditus est. Cum autem interfuisset neci Prothomartyris Stephani: & acceptis a pontifice templi epistolis ad persequendos eos qui christo cre diderant: Damascum pergeret: reuelatione compulsus ad fidem quæ in actibus apostolorum scribitur: in vas electionis de per

secutore translatus est. Cũq; primum ad prędicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset: ab eo q eum Christi fidei subegerat sortitus est nomen: & iuncto sibi Barnaba multis vrbibus peragratis: reuertensq; Hierosolymam: a Petro Iacoboq; & Ioanne gentium apostolus ordinatur. Et quia in actibus apostolorum plenissime de eius conuersatione scriptum est: hoc tantum dicam: q post passionem domini.xxv.anno id est secundo Neronis: eodem tempore quo Festus procurator iudeæ successit fœlici. Romam vinctus mittitur: & biennium in libera manens custodia aduersus iudæos de aduentu christi quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactione necdum Neronis imperio roborato: nec in tanta erumpente scelera quanta de eo narrãt historiæ: Paulum a Nerone dimissum: vt euangelium christi in occidentis quoq; partibus prædicaret sicut ipse scribit in secunda ad Timotheum eo tempore quo & passus est: de vinculis dictat epistolam. In prima mea satisfactione nemo mihi affuit: sed omnes me dereliquerunt. Non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit & confortauit me vt per me prędicatio compleretur. & audirent omnes gentes & liberatus sum de ore leonis: manifestissime leonẽ propter crudelitatem Neronem significans: vt in sequentibus liberatus sum de ore Leonis. Et statim liberauit me dominus ab omni opere malo: & saluauit me in regnum suum cœleste. q scilicet pręsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat. Ego enim iam immolor: & tẽpus resolutionis meæ instat. Hinc ergo.xiiii. Neronis anno eodem die quo Petrus Romæ pro Christo capite trũcatus sepultusq; est in via Ostiẽsi anno post passionem domini.xxxvii. Scripsit autem decem ad septẽ ecclesias epistolas: ad Romanos vnam: ad Corinthios duas: ad Galathas vnam ad Ephesios vnam: ad Philippenses vnam: ad Tessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos. Timotheo duas. Tito vnam. Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad hebræos non eius creditur propter stili sermonisq; distantiam. Sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum vel Lucę euangelistę iuxta quosdam vel Clementis Romanæ postea ecclesiæ episcopi: quem aiunt ipsam adiunctam

ſententiis. Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone. Vel certe quia Paulus ſcribebat ad hebræos: & propter inuidiam ſui apud eos nominis titulum in principio ſalutationis amputauerat: ſcripſe rat vt hebræus hebræis hebraice ideſt ſuo eloquio diſertiſſime: vt ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in hebræo eloquentius verteren tur in græcum: & hanc cauſam eſſe quod a cæteris Pauli epiſtolis diſcrepare videntur. Legunt quidam & ad Laodicenſes: ſed ab om nibus expellitur.

BArnabas cyprius qui & Ioſeph leuites cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus vnam ad ædificationem eccleſiæ pertinē tem epiſtolam compoſuit: quæ inter Apocryphas ſcripturas legi tur. Hic poſtea propter Ioannem diſcipulum: qui & Marcus vo cabatur ſeparatus a Paulo nihilominus euangelicæ prædicationis iniunctum ſibi opus exercuit.

LVcas medicus Antiochenſis: vt eius ſcripta indicant: græci ſermonis non ignarus fuit. Sectator apoſtoli Pauli & omnis peregrinationis eius comes; ſcripſit euangelium de quo idem Pau lus: Miſimus inquit cum illo fratrem cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias: & ad Coloſſenſes. Salutat vos Lucas medicus Chariſſimus. Et ad Timotheum. Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoq; edidit volumen egregium: quod titulo apoſtolicarum actio num prænotatur. Cuius hiſtoria vſq; ad biennium Romæ cōmo ranti Paulo peruenit ideſt vſq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe compoſitum. Igitur ideſt viſionem Pauli: & Teclæ: & totam ba ptizati Leonis fabulam inter Apocryphas ſcripturas computa mus. Quale enim eſt vt indiuiduus comes apoſtoli inter cæte ras eius res hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertullianus vici nus eorum temporum refert preſbyterum quendam in Aſia: id eſt amatorem Pauli conuictum apud Ioannem: q auctor eſſet li bri & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe: loco excidiſſe qui dam ſuſpicantur quotienſcunq; in epiſtolis ſuis Paulus dicat iuxta euangelium meum de Lucę ſignificare volumine. Et Lucam non ſolum ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium qui cum domino

in carne non fuerat. Sed & a cæteris apostolis quod ipse quoq; in principio sui voluminis declarat dicens. Sicut tradiderunt vobis qui a principio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat scripsit. Acta vero apostolorum sicut viderat: composuit. vixit octoginta & quattuor annos vxorem habens. Sepultus est Constantinopoli. Ad quam vrbem. xx. Constantii anno ossa eius cum reliquiis Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

MArcus discipulus & interpres Petri iuxta q Petrum referentem audierat rogatus Romæ a fratribus breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audisset probauit: & ecclesiæ legendum sua auctoritate edidit sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων idest informationum libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus meminit huius Marci: & Petrus in epistola prima sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans. Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone collecta & Marcus filius meus assumpto vtiq; euangelio quod ipse confecerat perrexit ægyptum: & primum Alexandriæ christum annuncians constituit ecclesiam tantæ doctrinæ & vitæ continentia: vt omnes sectatores christi ad exemplum sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus iudæorum videns Alexandriæ primam ecclesiam adhuc iudaizantem. quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit: & quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat memoriæ tradidit. Mortuus est autem. viii. Neronis anno: & sepultus Alexandriæ succedente sibi Aniano.

IOannes apostolus quem Iesus amauit plurimum filius Zebedei frater Iacobi apostoli: quem Herodes post passionem domini decollauerat nouissimus omnium scripsit euangelium rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cherintum aliosq; hæreticos: & maxime tunc ebionitarum dogma consurgens qui asserunt christum ante Mariam non fuisse vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt quod cum legisset Matthæi: Marci & Lucæ volumina: probaue

rit quidem textum historiæ & vera eos dixisse firmauerit sed vnius tantum anni in quo & passus est pro carcere Ioannis historiam te xuisse. Prætermisso itaq; anno cuius acta a tribus exposita fuerant superioris temporis anteq; Ioannes clauderetur in carcerem: gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quattuor horũ volumina legerint. Quæ res etiam diaphoniam quæ videtur Ioannis esse cum cæteris tollit & soluit. Scripsit autem & vnam epistolam: cuius exordium est. Quod fuit ab initio: quod audi uimus & vidimus oculis nostris: quod perspeximus: & manus no stræ contrectauerunt de verbo vitæ: quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ quarum princi pium est. Senior electæ dominæ & natis eius & sequentis. Senior Caio charissimo: quem ego diligo in veritate: Ioannis presbyte ri asseruntur: cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur: & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis euangelistæ esse super qua re cum per ordinem ad Papiam audito rem eius ventum fuerit: differemus. Quartodecimo igitur anno: secunda post Neronem persecutionem mouente Domitiano in Path mos insulam relegatus scripsit Apocalypsim: quam interpretantur Iustinus martyr & Hirenus. Interfecto autem Domitiano: & actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu recissis sub Nerua principe redit Ephesum vbiq; vsq; ad Traianum principem perseuerans: to tas Asiæ fundauit: rexitq; ecclesias: & confectus senio. lxviii. post passionem domini anno mortuus iuxta eandem vrbem sepultus est.

HErmas cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens memi nit salutate phlegontam Hermam patrobam. Herbam & qui cum eis fratres sunt: asserunt auctorem esse libri qui appellatur pastor: & apud quasdam græciæ ecclesias etiam publi ce legitur. Re vera vtilis liber: multiq; de eo scriptorum veterum vsurpauerunt testimonia. Sed apud latinos pene ignotus est.

PHilo iudæus natione Alexandrinus de genere sacerdotum: iccirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur quia librum de prima Marci euangelistæ apud Alexandriam

scribens ecclesiam in nostrorum laude versatus est. Non solum eos ibi sed in multis quoque prouinciis esse memorans: & habitacula eorum dicens monasteria: ex quo apparet talem primum Christo credentium fuisse ecclesiam: quales nunc monachi esse nituntur: & cupiunt: vt nihil cuiusque proprium sit. Nullus inter eos diues: nullus pauper: patrimonia egentibus diuidantur: orationi vacetur: & psalmis: doctrinae quoque & continentiae quales & Lucas refert primum Hierosolymae fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caio caligula romae periclitatum quo legatus gentis suae missus fuerat. Cum secunda vice venisset ad Claudium in eadem vrbe locutum esse cum apostolo Petro eiusque habuisse amicitias: & ob hanc causam etiam ecclesiam Marci discipuli Petri apud Alexandriam sectatoris ornasse laudibus. Extant huius praeclara & innumerabilia opera in quinque libros Moysi: de confusione linguarum liber vnus: de natura & inuentione bestiarum repentium volatilium & piscium libri tres De his quae sensu precamur & testamur liber vnus: de eruditione liber vnus: de haerede diuinarum rerum liber vnus: de diuisione aequalium & contrariorum liber vnus: de tribus virtutibus liber vnus. Quare quorundam in scripturis mutata sunt nomina liber vnus: de pactis libri duo: de vita sapientis liber vnus: de gigantibus liber vnus: quod somnia mittantur a deo libri quinque. Quaestionum & solutionum in Exodo libri quinque: de tabernaculo & catalogo libri quattuor. Necnon de victimis & repromissionibus siue maledictis & de prouidentia: de iudaeis: de conuersatione vitae: de Alexandro dicente quod propriam rationem multa animalia habeant & quod omnis insipiens seruus sit & de vita nostrorum librum de quo supra diximus idest de apostolicis viris quae & inscripsit Theoderetitii: idest heteon: hoc est de vita contemplatiua quod videlicet coelestia contemplentur: & semper deum orent: & sint ab aliis iudicibus iudices: de agricultura duo: de ebrietate duo. Sunt & alia eius monumenta ingenii: quae in nostras manus non peruenerunt. De hoc vulgo apud graecos dicitur ἢ ὁ πλάτων φιλω, ἢ ὁ φίλων πλατονίζει. idest aut Plato philonem sequitur: aut Platonem philo: tanta est similitudo sensuum & eloquii.



Vcius anneus Seneca Cordubensis Sotionis Stoici discipulus & patruus Lucani poetæ continentissimæ vitæ fuit: quem non ponerem in catalogo sanctorum nisi me illæ epistolæ prouocarent quæ leguntur a plurimis. Pauli ad Senecam : & Senecæ ad Paulum. In quibus cum esset Neronis magister & illius temporis potentissimus optare se dicit eius esse loci apud suos cuius sit Paulus apud christianos. Hic ante biennium q̃ Petrus & Paulus coronarentur martyrio a Nerone interfectus est.

IOsephus Matathię filius ex Hierosolymis sacerdos a Vespasiano captus cum Tito filio eius relictus est hierosolymis. Hic Romam veniens septem libros iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit: qui & Bibliothecæ publicæ traditi sunt. Et ob hoc ingenii gloriam statuam quoq; meruit Romæ. Scripsit autem & alios viginti quattuor antiquitatum libros: ab exordio mundi vsq; ad quartumdecimum annum Domitiani Cæsaris: & duos Archeotecos: idest conflictus aduersum Appionem grammaticum Alexandrinum: qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Iudaicæ continentem scripserat. Alius quoq; liber eius qui inscribitur

.idest de potentia dicendi inde elegans habetur. In quo & Maccabeorum sunt digesta martyria. Hic enim in suo decimo octauo antiquitatum libro manifestissime confitetur propter magnitudinem signorum Christum a Pharisæis interfectum: & Ioannem baptistam vere prophetam fuisse: & propter interfectionem Iacobi apostoli diruptam hierosolymam. Scripsit autem de domino in hunc modum. Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens & benignus. Si tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum & doctor eorum qui libenter vera suscipiunt: plurimos quoq; tam de Iudæis quam de gentibus sui habuit sectatores & credebatur esse Christus. Cumq; inuidia nostrorum principum cruci eum Pilatus addixisset: nihilominus

nus qui eum primum dilexerant: perseuerauerunt in fide. Appa ruit enim eis tertia die viuens. Multa & hæc & alia mirabilia car minibus prophetarum de eo vaticinantibus: & vsq; hodie chri stianorum gens ad hoc sortita vocabulum non defecit.

IVstus tyberiensis de prouincia Galilæa conatus est: & ipse iudaicarum rerum historiam texere: & quosdam commen tariolos de scripturis componere. Sed hunc Iosephus ar guit mendacii. Constat autem illum eo tempore scripsisse. quo & Iosephus.

CLemens de quo apostolus Paulus ad Philippenses scri bens ait. Cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Quar tus post Petrum romæ episcopus Siquidem secundus li nus fuit: & tertius Cletus. Tametsi plærisq; latinorum secundum post Petrum apostolum putant fuisse Clementem. Scripsit ex per sona Romanæ ecclesiæ ad ecclesiam Corinthiorum valde vtilem epistolam: quæ & in nonnullis locis publice legitur: quæ mihi vi detur characteri epistolæ: quæ sub Pauli nomine ad hebræos fer tur conuenire. Sed & multis de eadem epistola non solum sensi bus: sed iuxta verborum quoq; ordinem abutitur. Omnino grandis in vtraq; similitudo est. Fertur & secunda eius nomine epistola: quæ veteribus reprobatur. Et disputatio Petri & Appio nis longo sermone conscripta: quam Eusebius in tertio historiæ ecclesiasticæ volumine coarguit. Obiit tertio Traiani anno & no minis eius memoriam vsq; hodie Romæ extructa ecclesia custo dit.

IGnatius antiochenæ ecclesiæ tertius: post Petrum aposto lum episcopus. Commouente persecutionem Traiano: dam natus ad bestias Romam vinctus mittitur. Cumq; nauigans Smyr nam venisset: vbi polycarpus auditor Ioannis episcopus erat scri psit vnam epistolam ad Ephesios alteram: ad Magnesianos: tertiam ad Trallenses: quartam ad Romanos: & inde regrediens scripsit ad Philadelphios & ad Smyrneos: & propriam ad Policarpum: com mendans illi Antiochensem ecclesiam in qua & de Euangelio:

quod nuper a me translatum est super persona christi ponit testimonium dicens. Ego vero & post resurrectionem in carne eum vidi. Et credo quia sit & quando venit ad Petrum & ad eos qui cum Petro erant & dixit eis. Ecce palpate me & videte quia non sum dæmonium incorporale. Et statim tetigerunt eum & crediderunt. Dignum autem videtur quia tanti viri fecimus mentionem & de epistola eius quam ad Romanos scribit pauca ponere. De Siria usq; ad Romam pugno ad bestias in mari & in terra nocte dieq; ligatus cum decem Leopardis: hoc est militibus qui me custodiunt: quibus & cum benefecerim peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est: sed non iccirco iustificatus sum. Utinam fruar bestiis quæ mihi sunt præparatæ: quas & oro mihi veloces esse ad interitum & ad supplicia & alliciad comedendum me ne sicut ad aliorum martyrum non audeant corpus attingere: q; si venire noluerint ego vim faciam ego me urgeam ut deuorer. ignoscite mihi filioli: quid mihi prosit ego scio. Nunc incipio christi esse discipulus: nihil de his quæ videntur desiderans: ut Iesum christum inueniam. Ignis: crux: bestiæ: confractio ossium: membrorum diuisio: & totius corporis contritio & tormenta diaboli: in me veniant tantum christo fruar. Cumq; iam damnatus esset ad bestias & ardore patiendi rugientes audiret leones ait. Frumentum christi sum: dentibus bestiarum molar ut panis mundus inueniar. Passus est anno. xi. Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacet extra portam daphniticā in cœmiterio.

POlicarpus Ioannis apostoli discipulus & ab eo Smirnæ episcopus ordinatus totius Asiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos apostolorum & eorum qui viderant dominum magistros habuerit & viderit. Hinc propter quasdam super die Paschæ quæstiones sub imperatore Antonino ecclesiam in urbe regente Anacleto Romam venit: ubi plurimos credentium Martionis & Valentini persuasione deceptos reduxit ad fidem. Cumq; ei fortuito obuiam fuisset Martion & diceret. Cognoscis nos? Respondit. Cognosco primogenitum diaboli. Postea vero regnante. M. Antonino. &. L. Aurelio. Commodo quarta post Neronem persecutione Smirnæ sedente proconsule: & uniuerso populo in am

phiteatro aduersus eum personante igni traditus est. Scripsit ad Philippenses valde vtilem epistolam: q̃ vsq; hodie in Asiæ cōuētu legit.

Papias Ioānis auditor Hieropolitanus episcopus in Asia qui q; tantum scripsit volumina quæ prænotauit explanatio sermonum domini. In quibus cum se in præfatione asserat nō varias opiniones sequi sed apostolos auctores habere ait. Considerabam quid Petrus quid Andreas dixissent quid Philippus quid Thomas quid Iacobus quid Ioannes quid Matthæus vel alius quilibet discipulorum domini. Quid etiam aristion & senior Ioannes discipuli domini loquantur. Non enim tantum mihi libri ad legendū prosunt quātum viua vox & vsq; hodie in suis auctoribus personant. Ex quo apparet ex ipso catalogo nominum alium esse Ioānem qui inter apostolos ponitur & alium seniorem Ioannem: quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem: quā a plærisq; retulimus traditam: duas posteriores epistolas Ioannis nō apostoli esse sed presbyteri. Hic dicitur mille annorum iudaicam edidisse: idest nouitatem quem secuti sunt Heræneus & apollinaris & cæteri qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoq; in libro de spe fidelium & Victorinus pictauiensis: & Lactantius hac opinione ducuntur.

Quadratus apostolorum discipulus Publio athenarum episcopo ob christi fidem martyrio coronato: in locum eius substituitur: & ecclesiam grandi terrore dispersam fide & industria sua congregat. Cūq; Hadrianus athenis exegisset hymē Symmistesq; Eleusineæ in omnibus pene gratiæ sacris initiatus dedisset occasionem his qui christianos oderant absq; præcepto imperatoris vexare credentes porrexit ei librum pro religione nostra compositum valde vtilem plenūq; rationis & fidei: & apostolica doctrina dignum. In quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens ait plurimos a se visos: qui sub domino variis in iudæa oppressi calamitatibus sanati fuerant & qui a mortuis resurrexerant.

Aristides athenienfis philosophus eloquentissimus & sub pristino habitu discipulus christi volumen nostri dogmatis rationē continens eodem tempore quo & quadratus Hadriano prīcipi dedit:

idest apologeticum pro christianis: quod vsq; hodie pseuerans apud filogos ingenii eius pro iudicio est.

AGrippa cognomēto Castoris vir valde doctus aduersū.xxiiii. Basilidis hæretici volumina quæ in euangelium cōfecerat for tissime disseruit prodens eius vniuersa mysteria & prophetas enume rans Barrabam & Barthecab: & ad terrorem audiētium alia quædā barbara nomina: & deum maximum eius Abraxas qui quasi annum continens iuxta græcorum numerum supputetur. Mortuus est autē Basilides: a quo Gnostici in Alexandria temporibus Hadriani qua tē pestate & Chocebas dux iudaicæ factionis christianos variis suppli ciis enecauit.

EGesippus vicinus apostolorum tēporum & omnes a passio ne domini vsq; ad suam ætatem ecclesiasticorum operum te xens historias multaq; ad vtilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans: quiq; libros composuit: sermone simplici: vt quorum vitam sectabatur: dicendi quoq; exprimeret charactere asse rens se venisse sub Aniceto romam: qui decimus post Petrum episco pus fuit: & perseuerasse vsq; ad Eleutherium eiusdem vrbis episcopū: qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea aduersum idola dis putans: quo primum errore creuisset subtexit historiam. Ex quo ostē dit qua floruerat ætate. Ait enim. Tumulos mortuis templaq; fecerūt: sicut vsq; hodie videmus e quibus est & antinous seruus Hadriani cæ saris cui & Gimnicus agon exercetur: apud antinoum ciuitatem quā ex eius nomine vocatam condidit & statuit prophetas in templo. An tinoum autem in deliciis habuisse cæsar Hadrianus scribitur.

IVstinus philosophus habitu quoq; philosophorum incedēs: de Neapoli vrbe palæstinæ pro religione christi primum labo rauit. Intantum vt Antonino quoq; principi & filiis eius & senatui librum contra gentes scriptum daret: ignominiamq; crucis non eru besceret. Et alium librum successoribus eiusdem Antonini. M. Anto nino quoq; & .L. Aurelio cōmodo dedit. Extat eius & aliud volumē contra gentes: vbi de dæmonum quoq; natura disputat: & quartum aduersus gētes cui titulum prænotauit :idest castigatio: Sed & alium de monarchia dei & alium librum quem prænotauit

psalten: & alium de anima. Dialogus contra iudæum quē habuit ad uersus Triphonem principem iudæorum. Sed & contra Martionem insignia volumina quorum Hereneus quoq; in quinto aduersus hæreses libro meminit: & alium librum contra omnes hæreses: cuius facit mentionem in apologetico quem dedit Antonino pio. Hic cum in vrbe Roma haberet idest ludos exercitatorios & crescensem cinicum qui multa aduersum christianos blasphemabat redargueret gulosum: & mortis timidum: luxuriæq; & libidinum sectatorem: ad extremū studio eius & insidiis attractus accusatusq; ꝙ christianus esset. pro christo sanguinem fudit.

Melito asianus Sardensis episcopus librum imperatori. M. Antonino secūdo: qui Frōtonis oratoris discipulus fuit: pro christiano dogmate dedit. Scripsit quoq; & alia de quibus ista sunt quæ subiecimus. De Pascha libros duos: de vita prophetarum librū vnū: de ecclesia librum: vnum de sensibus librum vnū: de fide librū vnū: de lapsis librum vnum: de anima & corpore librum vnum: de baptismate librum vnum: de veritate librum vnum: de generatione christi librum vnum: de prophetia sua librum vnum: de philoxenia librum vnum: & alium librum qui clauis inscribitur: de diabolo librum vnū de apocalypsi Ioannis librum vnū: & æglogarum libros sex. Huius elegans & declamatorium ingenium Tertullianus in septem libros quos scripsit aduersus ecclesiam pro Montano dedit: dicens eū a plærisq; nostrorum prophetam putari.

Theophilus sextus Antiochensis ecclesiæ episcopus: sub imperatore. M. Antonino secundo: librum contra Martionem cōposuit: qui vsq; hodie extat: feruntur eius & ad autolicū tria volumina: & contra hæresim Hermogenis liber vnus & alii breues elegātesq; tractatus ad ædificationem ecclesiæ pertinētes legi sub nomine eius in euangelio & in prouerbia Salomonis commētarios: qui mihi cum superiorum voluminum elegantia: & phrasi non videntur congruere.

Apollinaris Asiæ hierosolymitanus episcopus sub īperatore. M. Antonino secundo floruit: cui & insigne volumen pro fide christianorum dedit. Extant eius & alii quinq; aduersum

gentes libri: & de veritate duo & aduersum cataphrygas qui tunc pri mum cum prisca & Maximilla insaniebant vaticinantes incipiente Montano.

Dionysius Corinthiorum ecclesiæ episcopus tantæ eloquentiæ & industriæ fuit: vt non solum suæ ciuitatis & prouinciç populos: sed & aliarum vrbium & prouinciarum episcopos epistolis erudiret. E quibus & vna ad Lacedemonios. Alia ad Athe nienses: tertia ad Nicomedienses: quarta ad Cretenses: quinta ad ecclesiam Amastrinã: & ad reliquas ponti ecclesias: sexta ad Gnosianos: & ad pynitum eiusdem vrbis episcopum: septima ad Romanos quã scripsit ad Sotyrem episcopum eorum. Octaua ad Chrysophoram sã ctam fœminam. Claruit sub imperatore Antonino secũdo: & .L. Au relio commodo.

Cynicus cretensis Gnosiæ vrbis episcopus scripsit ad Dionysiũ Corinthiorũ episcopũ valde elegantem epistolam: in qua docet non semper lacte populos nutriendos: ne quasi paruuli ab vltimo oc cupentur die: sed & solido vesci debere cibo: vt in spiritalem proficiãt senectutem. Et hic sub. M. Antonino secundo: & .L. Aurelio commo do floruit.

Tacianus qui primum oratoriam artem docens non paruam si bi ex arte rhetorica gloriam compararerat. Iustini martyris se ctator fuit florens in ecclesia q̃diu ab eius latere non discessit. Postea vero inflatus eloquentiæ tumore nouam condidit hæresim: quæ En craticarum dicitur: quam postea Seuerus auxit a quo eiusdem patris hæretici seueriani vsq; hodie appellãtur. Porro Tacianus infinita scri psit volumina. E quibus vnus contra gentes florentissimus extat li ber: qui inter omnia opera eius fertur insignis. Et hic sub imperato re. M. Antonino secundo: & .L. Aurelio commodo floruit.

Philippus episcopus cretensis: hoc est vrbis cortinæ. Cuius Dionysius in epistola sua meminit: quam scripsit ad eiusdẽ ciuitatis ecclesiam præclarum aduersum martionem edidit li brũ tẽporibusq;. M. Antonini secundi & .L. Aurelii cõmodi claruit.

Musanus nõ ignobilis inter eos qui de ecclesiastico dogmate scri pserunt: sub imperatore. M. antonino secundo confecit librum

aduersus quosdam fratres: qui de ecclesia ad Encraticarum hæresim declinauerant.

MOdestus & ipse ipse sub imperatore. M. Antonino: & L. Aurelio commodo aduersum Martionem scripsit libros qui vsq3 hodie perseuerant feruntur sub nomine eius & alia cynagmata: idest dogmata. Sed ab eruditis: quasi pseu depigraphra idest falsæ superscriptionis repudiantur.

BArdesanes in mesopotamia clarus habitus est: qui primũ Va lentini sectator deinde confutator nouam hæresim condidit ardens eius ab Assyriis prędicatur ingenium. Et in disputatione vehe mẽs. Scripsit infinita aduersum omnes pene hæreticos qui ætate eius pullulauerant. In quibus clarissimus ille est & fortissimus liber quem. M. Antonino de facto tradidit & multa alia super persecutione volu= mina: quæ sectatores eius de Syra lingua verterunt in græcam. Si autẽ tanta vis est & fulgor in interpretatione: quantam putabimus in ser= mone proprio.

VIctor tredecimus Romanæ vrbis episcopus super quæstiones Paschæ vtilia quidem scribens opuscula: rexit ecclesiam sub Se uero principe annis decem. Ireneus Photini episcopus: qui Lugdu= nensem in Gallia regebat ecclesiam presbyter a martyribus eiusdem loci ob quasdam ecclesiæ quęstiones legatus Romam missus honori ficas super nomine suo ad Eleutherii episcopum profert litteras. Post ea iam Photino prope nonogenario ob christum martyrio corona= to in loco eius substituitur. Constat autem Policarpi: cuius supra feci mus mentionem sacerdotis & martyris hunc fuisse discipulum. Scri= psit quinq3 aduersus hæreses libros: & contra gẽtes volumen breue: & de disciplina aliud. Et ad Martianum fratrem de apostolica prædica tiõe: & librum variorum tractatuum: & ad Basilicum de schismate: & ad florinum de monarchia: siue q deus non sit conditor malorum. Et de octaua idest ogdoade egregium σύνταγμα: idest documentum. In cuius fine significans se apostolicorum tempora vicinum fuisse sic scri psit. Adiuro te qui transcribis librum istum: per dominũ Iesum chri stũ & p gloriosum eius aduẽtũ quo iudicaturus est viuos & mortuos: vt cõferas postq3 trãscripseris: & emendes illũ ad exemplar vnde scri=

psisti diligētissime. Hāc quoq; obtestationē similiter trāsferas vt inueneris in exemplari. Feruntur eius & aliæ ad victorem episcopū Romanum de quæstione Paschæ epistolæ: in quibus cōmonet eum non facile debere vnitatē collegii scindere. Siquidē victor multos Asiæ & Oriētis episcopos qui. xiiii. Luna cū iudæis Pascha celebrant: dānandos crediderat. In qua sententia hi qui discrepabant ab illis victori nō dederunt manus. Floruit maxime sub commodo principe: qui. M. Antonino in imperium successerat.

Panteno Stoicæ sectæ philosophus iuxta quandā veterem in Alexādria cōsuetudinē vbi a Marco euāgelista semper ecclesiastici fuere doctores: tantæ prudentiæ & eruditionis: tā ī scripturis diuinis q̄ in secularis litteratura fuit vt in indiā quoq; rogatus ab illius gētis legatis a Demetrio Alexandriæ episcopo mitteret: vbi repperit Bartolomeū vnū de duodecim apostolis aduētū dūi Iesu xpi & Matthæi euāgeliū predicasse: quod hebraicis litteris scriptū reuertēs Alexandriam secum retulit. Huius multi quidem in sanctam scripturam extant cōmentarii. Sed magis viua voce ecclesiis profuit. Docuit q; sub Seuero pricipe: & Antonino cognomento Caracalla.

Rhodō genere Asianus a Taciano de quo supra diximus Romæ in scripturis eruditus edidit plurima opuscula: p̄cipuūq; aduersus Martionē opus in quo refert: quomodo ipsi quoq; inter se Martionitæ discrepēt & appellēt aliū hæreticū a se quōdam fuisse cōuictū & risui habitū: eo q deū quē coleret: ignorare se diceret. Meminit in eodē libro quē scribit ad Galistionem Taciani se Romæ fuisse adiutorē: sed & in hexahemerō elegātes tractatus cōposuit: & aduersū cataphrigas īsigne opus. Tēporibusq; cōmodi & seueri floruit.

Clemēs Alexādriæ ecclesię p̄sbyter. Pāteni: de quo supra retulimus: auditor post eius mortē Alexādriæ ecclesiasticā scholā tenuit Catechesiō: idest doctrinarū magister fuit. Feruntur eius insignia volumina plenaq; eruditiōis & eloquentiæ tam de scripturis diuinis q̄ de sæcularis litteraturæ instrumēto: e quibus illa sunt stromatū idest varietatū no octo. ὑπωτυπώσεων. idest informationum libri octo: aduersus gentes liber vnus. Pædagogi libri tres: de pascha liber vnus: de ieiunio liber vnus:

de disputatione liber vnus. Et alius liber qui inscribitur. Quisnam di ues ille sit qui saluetur: de obtrectatione liber vnus: de canonibus ec clesiasticis: & aduersum eos qui iudæorum sequuntur errorem liber vnus quem proprio Alexandro Hierosolymorum episcopo προσφώνησεν idest ostendit. Meminit autem in stromatibus suis volumi nis Taciani aduersus gẽtes de quo supra diximus: & Cassiani cuiusdã χρονογραφίας: quod opusculum inuenire non potui. Necnon & de iudæis Aristobolum quendam: & Demetrium & Eupolemũ scri ptores aduersus gentes refert qui in similitudinem Iosephi

:idest principia temporum Moysi & iudaicæ gentis asseruerunt. Extat Alexandri hierosolymitanum episcopi: qui cum Narcisso po stea rexit ecclesiam epistola super ordinatione Asclepiadis cõfessoris ad Antiochenses congratulantis eis in qua ponit in fine. Hæc vobis domini fratres scripta transmisi: per Clementem beatum presbyterũ virum illustrem: & probatum: quem vos quoq; scitis: & nunc plenius recognoscetis qui cum huc venisset iuxta prouidẽtiam & visitationẽ confirmauit & auxit domini ecclesiam. Constat Origenem huius suis se discipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filii eius tẽporibus.

MIlciades cuius Rhodon in opere suo: quod aduersum Mon tanum. Priscam. Maximillamq; composuit recordatur. Scri psit contra eosdem volumen præcipuum. Et aduersus gẽtes iudæosq; libros alios: & principibus illius temporis apologeticum dedit. Flo ruit autem. M. Antonini cõmodiq; temporibus.

APollonius vir disertissimus scripsit aduersus Montanũ: Priscã: & maximillam insigne & longum volumẽ: in quo asserit mon tanum & insanas vates perisse suspẽdio: & multa alia in quibus de pri sca & maximilla refert: si negant eas accepisse munera: confiteãtur nõ esse prophetas qui accipiant & mille hoc testibus approbabo. Sed & ex aliis fructibus probantur prophetæ. Dic mihi crinẽ fucat prophe tas? stibio oculos linit? Prophetæ vestibus & gẽmis ornãtur? Prophe tes tabula ludit & tesseris. Propheta fœnus accipit. Respondeant. Vtrũ hoc fieri liceat an non. Meum est approbare quod fecerint. Dicit in eo dem libro. xl. esse annum vsq; ad tempus quo ipse scribebat librũ ex quo hæresis cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus sex vo

luminibus aduersus ecclesiã editis: quos scripsit de extasi. Septimum ꝑprie aduersus Apollonium elaborauit. In quo omnia quæ ille arguit: conatur defendere. Floruit autem apollonius sub Commodo Seuero ꝗ principibus.

Serapion vndecimo Cõmodi imperatoris anno Antiochiæ episcopus ordinatus. Scripsit epistolam ad Carnium & Pontium de Hæresi mõtani: in qua & hæc addit. Vt autẽ sciatis falsi huius dogmatis idest noui prophetæ ab omni mundo insaniam reprobari: nisi vobis Apollinaris beatissimi: qui fuit in Hierapoli Asiæ episcopus litteras. Ad Dõnũ quoqꝫ qui persecutionis tempore ad iudæos declinauerat volumen cõposuit: & aliũ de euãgelio quod sub nomine Petri fert̃: librũ ad Rhosẽsem Ciliciæ ecclesiæ: q̃ in hæresim eius ex lectiõe diuerterat. Legunt̃ & sparsim eius breues epistolæ auctoris sui ἀσκήσει & vitæ congruentes.

Apollonius Romanæ vrbis senator sub Cõmodo ac Seuero principe proditus ꝙ christianus esset: imperato vt rationẽ fidei suæ redderet insigne volumen cõposuit: quod in senatu legit: & nihilominus sententia senatus pro christo capite truncatus est veteri apud eos obtinente lege: absqꝫ negatione non dimitti christianos: qui semel ad eorum iudicium pertracti essent.

Theophilus Cæsareæ Palestinæ quã olim turris Stratonis vocabatur episcopus sub Seuero principe aduersũ eos qui .xiiii. Luna cum iudæis Pascha faciebant cum cæteris episcopis Synodicam & valde vtilem composuit epistolam.

Bachillus Corinthi episcopus sub eodẽ Seuero principe clarus habitus: de Pascha ex omni qui in Achaia erant episcoporũ persona elegantem librum scripsit.

Polycrates Ephesiorũ episcopus cum cæteris episcopis Asiæ qui iuxta quãdã veterẽ cõsuetudinẽ cũ iudæis .xiiii. Luna Pascha celebrant. Scripsit aduersus Victorẽ episcopũ Romanũ epistolã synodicã. In qua docet se apl'i Ioãnis & veterũ auctoritatẽ sequi de qua hæc pauca excerpsimus. Nos igit̃ inuiolabilẽ celebramus diẽ: neqꝫ addẽtes aliquid neqꝫ demẽtes. Etenĩ in Asia elemẽta maxima dormierũt: qui resurgẽt in die domini quãdo vẽturus est In nomine

patris de cœlis ĩ maiestate sua & suscitaturus omnes sanctos. Philippũ loquor de duodecim apostolis qui dormiuit Hierapoli. Et duas filias eius quę virgines senuerunt: & aliã filiam suã quæ spiritu sancto plena in Epheso occubuit. sed & Ioannes qui super pectus dñi recubuit: & põtifex eius: auream laminam in fronte portans: martyr & doctor in Epheso dormiuit: & Polycarpus episcopus & martyr Smyrnæ requiescit. Thraseas quoq; episcop⁹ & martyr de Ennia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi & martyris recordari: qui in Laodicea soporatur, & Papyrii beati: & melitonis ĩ sancto spiritu eunuchi: qui semper domino seruiens positus est in sardis: & expectat in aduentu eius resurrectionẽ! Hi omnes obseruauerũt Paschæ diem. xiiii. luna: ab euangelica traditione in nullam partem declinantes: & ecclesiasticum sequẽtes canonem. Ego quoq; minimus omniũ vestrum Polycrates secundum doctrinam propinquorum meorum: quos & secutus sum (septem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi: & ego octauus) semper Pascha celebraui quando populus iudęoꝝ azyma faciebat. Itaq; fratres. lxv. annos ętatis meæ natus in domino: & a multis de toto orbe fratribus eruditus peragrata omni scriptura: non formidabo eos qui nobis minantur. Dixerũt enim maiores mei: obedire deo magis oportet quã hominibus. Hæc propterea posui vt ingenium & auctoritatem viri & paruo opusculo demonstrarẽ. Floruit tẽporibus Seueri pricipis, eadẽ ætate q̃ Narcissus Hierosolymæ.

Heraclius sub commodi Seueriq; imperio: in apostolum commentarios composuit.

Maximus sub iisdem principibus famosam q̃stionẽ insigni volumine vẽtilauit, vnde malũ, & ꝙ materia a deo facta sit.

Candidus regnãtibus suprascriptis in hexaemerõ pulcherrimos tractatus edidit.

Appion sub Seuero principe similiter in hexaemeron tractatus fecit.

Sextus sub imperatore Seuero: librum de resurrectione scripsit.

Arabianus sub eodem principe edidit quædam opuscula ad christianum dogma pertinentia.

Iudas de septuagita: apud Daniele hebdomadibus plenissime disputauit & chronographiã superiorũ tẽporũ vsq̃ ad decimũ Seueri pduxit annũ: in qua erroris arguitur: q̃d aduentũ Antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit. Sed hoc ideo: quia magnitudo persecutionum præsentem mundi minabatur occasum.

Tertullianus pr̃sbyter nũc demũ primus post Victorẽ & Apollonium latinoꝝ ponit̃ puĩciæ Africæ ciuitatis Carthaginẽsis: patre Cẽturione pcõsulari. Hic acris & vehemẽtis igenii sub Seuero principe & Antonino Caracalla maxime floruit. Multaq̃ scripsit volumĩa: q̃ quia nota sunt pluribus p̃termittimus. Vidi ego quẽdã paulũ cõcordiæ: quod oppidũ Italiæ est Senẽ: qui se beati Cypriani iã grãdis ætatis notariũ: cũ ipse admodũ esset adolescẽs: Romę vidisse diceret: referreq̃ sibi solitũ nũq̃ Cyprianũ absq̃ Tertulliani lectione vnã diẽ prętermisse. Ac sibi crebro dicere. Da magistrũ: videlicet Tertullianũ significãs. Hic cũ vsq̃ ad mediã ætatẽ pr̃sbyter ecclesię pmãsisset: inuidia postea & cõtumeliis clericoꝝ Romanę ecclesię: ad mõtani dogma delapsus in multis libris nouę pphetię meminit. Specialiter autẽ aduersũ ecclesiã texuit volumĩa: de pudicitia: de psecutiõe: de ieiuniis: de monogamia: de ecstasi libros sex: & septimũ quẽ aduersũ Apolloniũ cõposuit. Ferturq̃ vixisse vsq̃ ad decrepitam ætatem: & multa quæ nõ extant opuscula condidisse.

Origenes qui & Adamantius decimo Seueri Pertinacis anno: aduersum christianos persecutione commota: a Leoni de patre christi martyrio coronato: cum sex fratribus & matre vidua pauper relinquitur: annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarem ob confessionem christi, fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ dispersa ecclesia decimo octauo ætatis suæ anno, catecheseon idest doctrinarum opus aggressus. Postea a Demetrio eius vrbis episcopo in locum Clementis præsbyteri confirmatus: per multos annos floruit. Et cum iam mediæ esset ætatis: & propter ecclesias Achaiæ quæ pluribus hæresibus vexabantur: sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret: a Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus, Demetrii of-

fendit animos : qui tanta in eum debacchatus est insania : vt per totum mundum pro nomine eius scriberet . Et constat eum antequam cæsaream migraret fuisse Romæ sub Zepherino episcopo : & stati Alexandriā reuersum: Heraclam presbyterum iterum: qui sub habitu philosophi perseuerabat adiutorem sibi fecisse κατηχήσεως.
Qui quidem & post Demetriū Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quātæ autem gloriæ fuerit: hic apparet quod Firmianus Cæsareæ episcopus: cum omni Cappadocia eū inuitauit: & diu tenuit. Et postea sub occasione sanctorum locorum Palæstinam veniens diu Cæsareæ in sanctis scripturis cōuersatus est. Sed & illud: quod ad Mameam matrem Alexandri imperatoris religiosam fœminam rogatus venit Antiochiā: & summo honore habitus est: quodque ad Philippum imperatorem: qui primus de regibus Romanis christianus fuit: & ad matrem eius litteras fecit: quæ vsque hodie extant. Quis ignorat: & quod tantum in scripturas diuinas habuerit studium: vt etiam hebræam linguam contra ætatis gentisque suæ naturam edisceret: & exceptis septuaginta interpretibus alias quoque editiones in vnum congregaret volumen. Aquilæ scilicet pontici. Proseliti: & Theodotionis hebionei: & symmachi eiusdem dogmatis: qui in euangelium quoque κατὰ ματθαῖον scribit commentarios: de quo & suum dogma affirmare conatur. Præterea quintam & sextam & septimam editionem quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus miro labore repperit: & cum cæteris editionibus cōparauit: & quia indicem operū eius in voluminibus epistolarū quas ad Paulam scripsimus in quadam epistola contra Varronis opera conferens posui: nunc omitto. Illud de immortali eius ingenio nō taceā: quod Dialecticam quoque & Geometriam. Arithmeticam. Musicā. Grāmaticam. Rhetoricam: omniumque philosophorum sectas ita didicit vt studiosus quoque secularium litterarum sectatores haberet: & interpretaretur quotidie. Concursusque quotidie ad eum miri fierent quos ille propterea recipiebat: vt sub occasione secularis litteraturæ in fide christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis quæ aduersum christianos sub Decio consurrexit: eo quod in religione Philippi desæuiret quantos interfecerit superfluum est dicere. Cum etiam Fabianus Romanæ ecclesiæ episcopus: in ipsa occubuerit. Et Alexander Baby

lasq; Hierosolymorum & Antiochenæ ecclesiæ pontifices in carcerem pro confessione dormierint. Et super Origenis statu si quis scire velit quid actum sit: primum quidem de epistolis eius quæ post persecutionem ad diuersos missæ sunt. deinde & de sexto Eusebii Cæsariēsis ecclesiasticæ historiæ libro. Et pro eodem Origene in sex voluminibus: possit liquido cognoscere. Vixit vsq; ad Gallū & Volusianū: idest vsq; ad .lxix. ætatis annum: & mortuus est Tyri: in qua vrbe & sepultus est.

Ammonius vir disertus & eruditus in philosophia eodem tempore Alexandriæ clarus habitus est qui inter multa ingenii sui & præclara monumenta etiam de consonantia Moysi: & Iesu elegās opus composuit: & euangelicos canones excogitauit: quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falso accusat Porphyrius φ ex christiano Ethnicus fuerit. Cum constet eum vsq; ad extremam vitā christianum perseuerasse.

Ambrosius primum Marcionites. Deide ab Origene correctus ecclesiæ diaconus & cōfessionis dominicæ gloriæ insignis fuit. Cui pro Theoctisto presbytero liber Origenis de martyrio scribitur. Huius industria & sumptu & instantia: dum viueret adhuc infinita Origenes dictauit volumina. Sed & ipse quippe vt vir nobilis nō elegātis igenii fuit: sicut eius ad Origenē epistolæ indicio sunt. Obiit ante mortem Origenis: & in hoc a plærisq; reprehenditur: φ vir locuplex amici sui egeni senis & pauperis non recordatus sit.

Triphon Origenis auditor ad quem nōnullæ eius extant epistolæ: in scripturis eruditissimus fuit: quod quidem & multa eius sparsim ostendunt opuscula: sed præcipue liber quem composuit de vacca russa in Deuteronomio & de dichotomimatibus: idest de quali bet ætate animalibus quæ offerebantur in lege: quæ cum columba & turture ab Abraam ponuntur in Genesi.

Minutius Fœlix Romæ insignis causidicus: scripsit dialogum christiani & Ethnici disputantiū qui Octauius inscribitur. Sed & alius sub nomine eius fertur de fato vel cōtra mathematicos: qui cū sit & ipse diserti hominis non mihi videtur cum superioris libri stilo conuenire. Meminit huius Minutii & Lactantius in libris suis.

GAius sub Zephyrino Romanæ vrbis episcopo: & sub Antonino Seueri filio disputationem aduersum Proculum Montani sectatorem valde insignem habuit: arguens eum temeritatis super nouam prophetiam defendendam. Et in eodem volumine epistolas quoq; Pauli .xiii. tantum enumerans .xiiii. quę fertur ad Hebræos dicit nō eius esse, sed & apud Romanos vsq; hodie quasi Pauli apl'i nō habet.

BEryllus Arabię Bostrenus episcopus: cum aliquāto tēpore gloriose rexisset ecclesiam: ad extremum lapsus in Hæresim quæ christum ante incarnationem negat: ab Origene correctus scripsit varia opuscula: & maxime epistolas in quibus Origeni gratias agit. Sed & Origenis ad eū litteræ sunt. Extat dialogus Origenis & Berylli in quo hæreseos coarguitur. Claruit autem sub Alexādro Mameæ filio & Maximino: & Gordiano qui in imperium successerant.

HIppolytus cuiusdam ecclesiæ episcopus (nomē quippe vrbis scire non potui) rationem Paschæ temporum canonēq; scripsit: vsq; ad primum annum Alexandri imperatoris. Et sedecim annorū circulum: quem græci ἑξκαιδεκαετηρίδα vocant repperit. Et Eusebio: qui super eodem Paschę canone decem & nouem annorum circulum ἐννεακαιδεκαετηρίδα cōposuit: occasionem dedit. Scripsit nonnullos in scripturas cōmentarios. E quibus hos repperi in ἑξαήμερον & in Exodum: & in Canticum canticorum. In Genesim: & in Zachariam: in Esaiam: de Daniele: de Apocalypsi: de Prouerbiis: de Ecclesiaste: de Saul: de Phytonissa: de Antichristo: de resurrectione cōtra Marcionem: de Pascha aduersū oēs hereses. & προς ὁμιλιῶν. de laude dei Saluatoris: in qua præsente Origene se loqui in ecclesia significat. In huius emulationem Ambrosius quem de Martionis Hæresi ad veram fidē correctum diximus: cohortatus est Origenem in scripturas commentarios scribere: præbens ei septem & eo amplius notarios: eorumq; expensas: & librariorum parem numerum. quodq; his maius est incredibili quotidie studio ab eo opus exigens. Vnde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat.



ALexander episcopus Cappadociæ cum desyderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret: & Narcissus episcopus eiusdem vrbis iam senex regeret ecclesiam: & Narcisso: & multis clericis

eius reuelatum est altera die mane intrare episcopum qui adiutor sacer dotalis cathedræ esse deberet. Itaq; re ita completa: vt prędicta fuerat, cunctis in Palæstina episcopis in vnum congregatis: adnitente quoq; ipso, vel maxime Narcisso, Hierosolymitanæ ecclesiæ cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cuiusdam epistolæ quam scribit ad Antinoitas super pacē ecclesiæ ait. Salutat vos Narcissus qui ante me hic tenuit episcopalem locum. et nunc mecum eundem orationibus regit: annos natus circiter.cxvi. Et vos mecum precatur: vt vnum idemq; sapiatis. Scripsit & aliam ad Antiochenses per Clementē presbyterum Alexandriæ: de quo supra diximus: necnō ad Origenem & pro Origene contra Demetrium: eo q̄ iuxta testimonium Demetrii eū presbyterū constituerit. Sed & aliæ eius ad diuersos feruntur epistolæ. Septima autem persecutione sub Decio quo tempore Babylas Antiochiæ passus est: ductus Cæsaream & clausus in carcere: ob confessionem christi martyrio coronatur.

IVlius Africanus cuius quinq; de temporibus extant volumina sub imperatore. M. Aurelio Antonino qui Macrino successerat: legationē pro instauratione vrbis Emmaus suscepit quæ postea Nicopolis appellata est: huius est epistola ad Originem super quæstione Susannæ: eo q̄ dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi: nec cōuenire cū hebraica etymologia. ἀπὸ τ̃ χίνου χίσαι, καὶ ἀπὸ τ̃ πρίνου πρίσαι, cōtra quē doctā epistolā scribit Origenes. Extat eius ad Aristidem alia epistola in qua super Diaphonia quę videtur esse in genealogia Saluatoris apud Matthęum & Lucam plenissime disputat.

GEminus Anthiochiæ ecclesię presbyter: pauca ingenii sui monumenta composuit. Florens sub Alexandro principe & episcopo vrbis suæ Zebenno: eo maxime tempore quo Heraclas Alexandrinę ecclesię pontifex ordinatus est.

THeodorus, qui postea Gregorius appellatus est. Neocęsareę Ponti episcopus: admodum adolescens: ob studia gręcarum & latinarum litterarum de Cappadocia Berytum: & inde Cæsaream Palæstinæ transiit: iuncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes: hortatus est eos ad philosophiam: in qua paulatim Christi fidem subintroducens; sui

quoq; sectatores reddidit: & quinquennio itaq; eruditi ab eo re= mittuntur ad patrem. E quibus Theodorus proficiscens πας πανηγυρικὸν εὐχαριστίας. scripsit Origeni. Et conuocata grandi frequen tia ipso quoq; Origene præsente recitauit: qui vsq; hodie extat. Scri= psit & μετάφρασιν in ecclesiasten: breuem quidem: sed valde vtilē: & alia huius vulgo feruntur epistolæ. Sed præcipue signa atq; miracula: quę iam episcopus cum multa ecclesiarum gloria perpetrauit.

Cornelius Romanę vrbis episcopus ad quem octo Cypriani ex tant epistolę: scripsit epistolam ad Fabium Antiochenę ecclesię episcopum de Synodo Romana. Italia: Africana: & aliam de Nouatia no: & de his qui lapsi sunt: tertiam de gestis Synodi: quartam ad eundē Fabium valde prolixam & Nouatianæ Hęreseos causas & anathema continentem. Rexit ecclesiam sub Gallo & Volusiano annis. ii. cui ob christi amorem martyrio coronato successit Lucius.

Cyprianus Afer primū gl'iose rhetoricam docuit. Exīde suadēte p̄sbytero Cecilio a quo & cognomentū sortitus est: christianus factus omnē substātiā suā paupibus erogauit. Ac post nō multū tpis electus etiā in p̄sbyterū ep̄s Carthaginēsis cōstitutus est. Huius igenii supfluū est indicē texere: cū sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano & Galieno pricipibus psecutiōe octaua eodem die quo Ro mæ Cornelius suprascriptus sed non eodem anno.

Pontius diaconus Cypriani vsq; ad diem Passionis eius cum ipso exilium sustinens egregium volumē vitæ passionis Cypria ni reliquit.

Dionysius Alexādrinæ vrbis ep̄s sub Heracla κατηχήσεως scho= lā p̄sbyter tenuit & Origenis valde insignis auditor fuit. hic in Cypriani & Africanę synodi dogma cōsentiēs de hæreticis baptizā= dis ad diuersos plurimas misit epistolas q̄ vsq; hodie extant: sed ad Fa biū Antiochenæ vrbis episcopum scripsit de pœnitentia & ad Roma nos per Hippolytū alterā: ad Xyxtū qui Stephano successerat duas epistolas: & ad Philemonem: & ad Dionysiū Romanæ ecclesiæ pre= sbyteros duas epistolas: & ad eundem Dionysium post Romæ episco pum & ad Nouatianū causantē q̄ inuitus Romæ episcopus ordinatus esset: cuius ep̄l'æ hoc exordiū est: Dionysius Nouatio fratri Salutē. Si in=

uitus ut dicis ordinatus es: probabis: cum volens secesseris. Est eius ad Dionysium & ad Didymũ altera epistola: & Cortasticae de Pascha plurimo declamatorio sermone conscriptae: & ad Alexãdrinam eccle siam de exilio: & ad Heraclam in aegypto episcopum & alia de morta litate: & de sabbato: & perigymnasio. Et ad Hermanionem: & alia de persecutione Decii: & duo libri aduersum Nepotem episcopum qui mille annorum corporale regnum suis scriptis asseuerat. In quibus & de Apocalypsi Ioannis diligentissime disputat. Et aduersum Sabellũ & ad Damonem Betronicis episcopum: & ad Delisporum & ad Euphranam: & quattuor libri ad Dionysium Romanae vrbis episcopum & ad Laodicenses de poenitentia. Item canon de poenitẽtia & ad Origenem de martyrio ad Armenios de poenitentia: de ordine delictorũ de natura ad Timothaeum: de tentationibus ad Euphranorem ad Basilidem quoq; multae epistolae in quarum vna se asserit etiam in Ecclesiastem coepisse scribere commentarios. Sed aduersus Paulum Samosatenum ante paucos dies q̃ moreretur insignis eius fertur epistola. Moritur .xii. Galieni anno.

Nouatianus Romanae vrbis presbyter aduersus Corneliũ cathedram sacerdotalem conatus inuadere. Nouatianorum grace dicitur cheron dogma constituit: & nolens apostatas suscipere poenitentes. Huius auctor nouatus cypriani praesbyter fuit. Scripsit autem de Pascha: de sabbato: de circũcisione: de sacerdote: de oratione: de cibis iudaicis: de instantia: de Attulo. Multaq; alia & de Trinitate grande volumen quasi επιτομιν operis Tertulliani faciens quod plaeriq; nescientes Cipriani existimant.

Malchiõ disertissimus Antiochenae ecclesiae presbyter quippe qui in eadem vrbe rhetoricam florentissime docuerat aduersum Paulum Samosatenum: qui Antiochenae ecclesiae episcopus dogma artemonis instauraret: excipientibus notariis disputauit qui dialogus vsq; hodie extat. Sed & alia grãdis epistola ex persona Synodi ab eo scripta ad Dionysium & maximum Romanę & Alexandrinae ecclesiae episcopos dirigitur.

Archelaus episcopus Mesopotamiae librum disputationis suae quem habuit aduersum Manichaeum exeuntem de Perside sy-

ro sermone cōposuit qui translatus in græcum habetur a multis. Claruit sub imperatore probo qui Aureliano tacitoq; successerat.

ANatolius Alexandrinus Laodiceæ Siriæ episcopus: sub Probo & caro imperatoribus floruit: mire doctrinæ vir i Arithmetica. Geometria. Astronomia. Grāmatica. Rhetorica: Dialectica. Cuius ingenii magnitudinē de volumine quod super Pascha composuit: & decem libris de Arithmeticæ institutionibus intelligere possumus.

VIctorinus Pictauiensis episcopus non æque latinam vt græcam linguam nouerat. Vnde opera eius grandia sensibus viliora videntur cōpositione verborum. Sunt autem hæc commentaria in Genesim: in Exodum: in Leuiticū: in Esaiam: in Ezechielem in Abacuc: in Ecclesiasten: in Canticum canticorum: in Apocalypsim Joannis aduersum omnes hæreses: & multa alia ad extremum martyrio coronatus est.

PAmphilus presbyter Eusebii Cęsariēsis episcopi necessarius tāto bibliothecæ diuino amore flagrauit vt maximā partē Origenis voluminum sua manu descripserit: quæ vsq; hodie in Cæsariensi bibliotheca reseruantur: sed & in.xii. prophetas.xxv. ζητημάτων. idest quæstionum Origenis volumina manu eius exarata reperi quæ tāto amplector & seruo gaudio: vt Crœsi opes habere me credam. Si enī lætitia est: vnam epistolā habere martyris: quātomagis tot milia versuum: quæ mihi videntur sui sanguinis signasse vestigia! Scripsit ante q̄ Eusebius scriberet Apologeticum pro Origene: & passus est Cæsareæ Palestinæ sub persecutione Maximi.

PIerius Alexādrinæ ecclesiæ presbyter sub Caro & Diocletiano principibus eo tempore quo eādē ecclesiā Theonas episcopus regebat florentissime docuit populos: & tantā sermonis diuersorūq; tractatuū qui vsq; hodie extant inuenit elegantiā: vt Origenes iunior vocaretur. Constat hunc mire ἀσκήσεως. idest industriæ: & appetitorem voluntariæ paupertatis: scientissimūq; Dialecticæ artis: post persecutionem omne vitæ suę tempus Romæ fuisse versatum: huius est lōgissimus tractatus de prophetia Oseæ quem in vigilia Paschę habitum ipse sermo demonstrat.

LVcianus vir disertissimus: Antiochenæ ecclesiæ p̄sbyter tantū in scripturarū studio laborauit: vt vsq; nunc q̄dā exēplaria scripturarū Luciana nūcupent̄. Ferunt̄ eius de fide libelli & breues ad nōnullos epistolæ. Passus Nicomediæ ob confessionem christi sub persecutione Maximi: sepultusq; Helenopoli Bithyniæ.

p Hileas de vrbe ægypti: quæ vocatur Tinus: nobili genere & non paruis opibus suscepto episcopatu elegantissimū librū de martyrū laude cōposuit disputationemq; actorum habita aduersum iudicem qui eum sacrificare cogebat: pro christo capite trūcat̄. Eodē in ægypto p̄secutionis auctore quo Lucianus Nicomediæ.

ARnobius sub Diocletiano principe Siccæ apud Africam florentissime Rhetoricam docuit. Scripsitq; aduersum gentes quæ vulgo extant volumina.

FIrmianus: qui & Lactantius Arnobii discipulus sub Diocletiano principe attritus est cū Famo grāmatico: cuius de medicinalibus versu cōpositi extant libri. Nicomediæ rhetoricā docuit: ac penuria discipulorū ob græcā videlicet ciuitatē ad scribēdū se cōtulit: habemus eius Symposiū q̄d adolescētulus scripsit Africæ odoporicō de Africa vsq; ad Nicomediā exametris versibus & aliū librū qui iscribit̄ Grāmaticus. Et pulcherrimū de ira dei & istitutiōe diuina aduersū gētes libros septē. Et epitomē idest breuiariū eius operis i libro vno. Acefalo & asclepiadē libros duos: & de p̄secutione librū vnū. Ad p̄bū ep̄larū libros q̄ttuor. Ad Seuerū epistolarū libros duos: ad eundem de opificio dei: vel formatione hominis librū vnū. Hic extrema senectute magister Cæsaris crispi filii Constantini in Gallia fuit qui postea a patre interfectus est.

EVsebius Cæsareæ Palestiæ ep̄s in scripturis diuinis studiosissimus: & bibliothecæ diuinę cū Pāphilo martyre diligētissimus peruestigator edidit isinita volumīa. De quibus hæc sūt euāgelicæ ἀπο δείξεως. idest expositiōis libri.xx. euāgelicæ p̄pastiles libri.xv. Theophanias libri.v. ecclīasticæ historiæ libri.x. chronicorū canonū omnimodā historiā. Et eorū epitomē: idest breuiariū. Et de euāgeliorū diaphonia. In Esaiā libri.x. & cōtra Porphyriū qui eodē t̄pe scribebat in Sicilia vt quidā putāt libri.xxx. de quibus ad me.xx. puenerunt. To=

picon librum vnum. Apologias pro Origene libros. vi. de vita Pamphili libros tres: de martyribus alia opuscula: & in .cl. psalmos eruditissimos commentarios: & multa alia. Floruit maxime sub Cōstantino imperatore & Cōstantio. Et ob amiciciam Pamphili martyris ab eo cognomentum sortitus est.

RHetitius Eduorum: idest Augustudunensis episcopus sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Galliis. Leguntur eius commentarii in canticum canticorum: & aliud grande volumen aduersus Nouatianum: non præter hoc quicq̄ eius operum repperi.

MEthodius Olimpii Liciæ & postea Tiri episcopus nitidi cōpositiq̄ʒ sermonis aduersum Porphirium confecit libros. & Symposium decem virginum. De resurrectione opus ægregium contra Origenem: & aduersus eundem de Phitonissa: & de Antexusio. In Genesi quoq̄ʒ & in canticum canticorum commētarios & multa alia que vulgo lectitantur. Et ad extremum nouissimæ persecutionis siue vt alii affirmant sub Decio & Valeriano in chalcide græciæ martyrio coronatus est.

IVuencus nobilissimi generis Hispanus presbyter quattuor euangelia exametris versibus pene ad verbum trāsferens: quattuor libros composuit. Et nōnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe.

EVstachius genere Pamphilus Sidectes primum Herisæ Siriæ: deinde Antiochiæ rexit ecclesiam: & aduersum Arrianorum dogma componens multa sub Constantio principe pulsus est in exilium Traianopolim Thaciarum: vbi vsq̄ʒ hodie cōditus est. Extant eius volumina de anima de engastrimunco aduersum Origenē Et infinitæ epistolæ quas enumerare longum est.

MArcellus Anticiranus episcopus: sub Constantino & Cōstantio principibus floruit: multaq̄ʒ diuersarum hipothesēō: idest disputationum scripsit volumina: & maxime aduersum Arrianos feruntur contra hunc Asterii & Apollinaris libri Sabellianæ eum hæresis arguentes: sed & Hylarius in septimo aduersum Arrianos libro nominis eius quasi hæretici meminit.

Porro ille defendit se non esse dogmatis cuius accusatur, sed communione Iulii & Athanasii Romanę & Alexandrinę vrbis pontificum se esse munitum.

Athanasius Alexandrinę vrbis episcopus multas Arrianorum perpessus insidias ad constantem Galliarum principē fugit. Vnde reuersus cum litteris, & rursum post mortem eius fugatus: vsq; ad Iouiani imperium latuit: a quo recepta ecclesia sub Valente moritur. Feruntur ei9 aduersum gentes duo libri, & cōtra Valentē & Vrsatiū vnus: & de virginitate: & de persecutionibus Arrianorum plurimi: & de psalmorum titulis: & historia Antonii monachi vitam continens: ἑορταστικαὶ epistolę: idest castigationes solēnes, & multa alia quę enumerare longum est.

Antonius monachus, cuius vitam Athanasius Alexandrinę vrbis episcopus, insigni volumine prosecutus est, misit ęgyptiace ad diuersa monasteria apostolici sensus sermonisq; epistolas septem: quę in gręcam linguam translata sunt, quarū pręcipua ad Arsenoitas. Floruit sub Cōstantino & filiis ei9 regnantib9. Vixit ānos.cv.

Basilius Ancyranus episcopus, artis medicinæ, scripsit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Et sub rege Cōstātino Macedonianę partis cū Eustachio Sebasteno prīceps fuit.

Theodorus Heraclię Thraciarum episcopus, elegantis apertiq; sermonis & magis historicę intelligentię: ędidit sub Constantio principe cōmentarios in Matthæum & in Ioannem: & in psalterium, & in apostolum.

Eusebius Emesenus episcopus, elegantis & rhetorici ingenii, innumerabiles & qui ad plausum populi ptinent confecit libros, magisq; historiam secutus ab his qui declamare volunt studiosissime legitur. E quibus vel pręcipui sunt aduersum iudęos & gentes & Nouatianos, & ad Galatas libri.x. & ī euāgelia homilię breues, sed plurimę. Floruit temporibus Constātii īperatoris: sub quo & mortuus Antiochię sepultus est.

Triphilius Cypri Ledrensis siue λευτεώνος episcopus eloquētissimus suę ætatis: & sub rege Constantio celeberrimus fuit. Legi eius in Cantica canticorum commentarios. Et multa alia com-

posuisse refertur: quę in nostras manus minime peruenerunt.

DOnatus a quo Donatiani, p Aphricā sub Cōstāte Cōstātinoq; ꝑncipibus asserēs a nr̄is scripturas in persecutione Ethnicis traditas: totam pene Africam & maxime Numidiam, sua persuasione decepit. Extant eius multa ad suam Hæresim pertinentia. Et de Spiritu sancto liber Arriano dogmati congruens.

ASterius Arrianæ philosophus factionis, scripsit regnāte Cōstantio in epistolā ad Romanos, & in euāgelia, & psalmos cōmentarios, & multa alia quę a suæ partis hominibus studiosissime leguntur.

LVcifer Caracalitanꝰ episcopus, cum Pācratio & Hilario Romanæ ecclesiæ clericis, ad Constātium imperatorem a Liberio episcopo pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasii Nicenam dānare fidem, in Palæstinam relegatus, miræ constantię & præparati animi ad martyrium, contra Constantium imperatorem scripsit librum, eiq; legendum misit: ac non multo post, sub Iuliano principe Caraclis reuersus, Valentiniano regnante obiit.

EVsebius natione Sardus, & ex lectore vrbis Romanæ, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei a Cōstantio principe Scythopolim, & inde Cappadociā relegatus, sub Iuliano imperatore ad ecclesiam reuersus, ędidit in psalmos commentarios Eusebii Cæsariensis, quos de græco in latinum verterat. Mortuus est Valentiniano & Valente regnantibus.

FOrtunianus natione Afer, Aquileiensis ep̄s imperante Constātino, in euāgelia titulis ordinatis, breui & s̄mone rustico scripsit cōmentarios. Et in hoc habetur detestabilis, ꝙ Liberium Romanæ vrbis episcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus sollicitauit ac fregit: et ad subscriptionem Hæreseos compulit.

ACacius quem quia luscus erat monopthalmon: id est vnoculum nuncupabant, Cæsariensis ecclesię in Palęstina episcopus: elaborāuit in Ecclesiastē. xvii. volumina, & συμμίκτων ζητημάτων sex, et multos præterea diuersosq; tractatus. In tantum autem sub Cōstantio imperatore claruit: vt in Liberii locum, Romæ Felicē Arrianum episcopum constitueret.

SArapiō ϑμουΐτος Aegypti vrbis eps, qui ob elegātiā īgenii cognomē scholastici meruit, charus Antonii monachi: ędidit aduersū Manichęū egregiū librū, et de psalmorū titulis aliū. Et ad diuersos vtiles eplas. Et sub Cōstantio principe etiā in confessione inclytus fuit.

HIlarius vrbis Pictauorū, Aquitaniæ episcop⁹, factione Saturnini Arelatēsis episcopi, de Synodo biteriēsi Phrygiā relegat⁹, duodecim aduersus Arrianos confecit libros. Et aliū librū de Synodis, quē ad Galliarū episcopos scripsit. et in psalmos cōmētarios, primū videlicet & secundū, & a quīquagesimo pmo vsq; ad sexagesimū secūdū. & a cētesimo decimooctauo vsq; ad extremū: in q̄ ope imitatus Origenē, nōnulla etiā de suo addidit. Est eius & ad Cōstātiū libellus, quē viuēti Cōstātinopoli porrexerat, et alius in Cōstātiū quē post mortē eius scripsit: & liber aduersum Valētē et Vrsatiū historiā Ariminēsis et Seleuciēsis Synodi continens. et ad pfectū Salustiū siue cōtra Dioscoriū: et liber hymnorū, et mysteriorū alius: et cōmētarii i Matthæū: et tractatus in Iob, quos de græco Origenis ad sensum trāstulit. et ali⁹ elegās libell⁹ cōtra Auxētiū, et nōnullæ ad diuersos epistolę. Aiūt quidā scripsisse eū in Cātica canticorū. sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictauis Valētiniano et Valēte regnātibus.

VIctorinus natione Afer, Romæ sub Constantio principe rhetoricā docuit, et in extrema senectute christi se tradēs fidei, scripsit aduersus Arrium libros more dialectico valde obscuros: qui & ab eruditis modo intelliguntur, & cōmentarios in apostolum.

TItus Bostrinus episcopus sub Iuliano & Iouiano principibus, fortes aduersum Manichæum scripsit libros & nōnulla alia. Moritur autem sub Valente.

DAmasus Romanæ vrbis episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit. Multaq; & breuia metro ędidit: & p pe octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.

APollinarius Laodicenus Syriæ episcopus, patre presbytero, magis grammaticis in adolescentia operam dedit. Et postea in sanctas scripturas innumerabilia scribens, sub Theodosio imperatore obiit. Extant eius aduersum Porphyrium. xxx. libri, qui inter cætera opera eius vel maxime probantur.

GRegorius Bęticus Iliberi episcopus, vsq; ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit. Et de fide elegantem librum, qui hodieq; supeѐresse dicitur.

PAcianus in Pyrinæi iugis Barcilonæ episcopus, castitate & eloquentia: & tam vita q; sermone clarus, scripsit varia opuscula: de quibus est κέρβος, & contra Nouatianos. sub Theodosio principe iam vltima senectute mortuus est.

PHotinus de Gallogræcia, Marcelli discipulus, Syrmii episcopus ordinatus, Hebionis hæresim instaurare conatus est, & postea a Valentiniano principe pulsus ab ecclesia, plura scripsit volumina. In quibus vel pręcipua sunt contra gentes, & ad Valentinianum libri.

SOebadius Ageni Galliarũ episcopus, ędidit cõtra Arrianos librum: dicuntur & eius esse alia opuscula, quę necdum legi. viuit vsq; hodie decrepita senectute.

DIdymus Alexãdrinus captus a parua ętate oculis, & ob id elementorum quoq; ignarus, tantum miraculum sui omnibus prębuit, vt dialecticam quoq; & geometriã, quę vel maxime visu indiget: vsq; ad perfectum didicerit. Is plura opera nobilia cõscripsit. Cõmentarios in psalmos omnes, cõmentarios in euãgelium Matthæi & Ioãnis: & de dogmatibus, & cõtra Arrianos libros duos: & de Spiritu sancto librum vnum: quem ego in latinum verti. In Esaiã tomos decẽ & octo. In Oseę ad me scribẽs cõmentariorũ libros tres, & in Zachariam meo rogatu libros quinq;. Et infinita alia q̃ digerere proprii indicis est. Viuit vsq; hodie, & .lxxxiii. ętatis excessit annũ.

OPtatus Afer, episcopus Miliuitanus, ex parte catholica, scripsit Valentiniano & Valentino principibus, aduersum Donatianæ partis calũniam libros sex: in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

AQuilius Seuer⁹ in Hispania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen quasi ὁδοιπορικὸν, totius suę vitę statum continens, tam prosa q; versibus quod vocauit καταστροφὴν, idest cõuersationem, siue πεῖραν, & sub Valentiniano principe obiit.

CYrillus Hierosolymę episcopus, sepe pulsus ab ecclesia & receptus, ad extremum sub Theodosio principe, octo annis inconcussum episcopatum tenuit. Extant eius κατηχήσεις, idest doctrinæ quas in adolescentia composuit.

EVzoius apud Thespesium rhetorem, cum Gregorio Nazianzeno episcopo, adolescens Cæsareæ eruditus est: & eiusdem vrbis episcopus, plurimo labore, corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis instaurare conatus est. Ad extremum sub Theodosio principe ecclesia pulsus est. Feruntur eius varii multiplicesq; tractatus, quos nosse perfacile est.

EPiphanius Cypri Salaminę episcopus, scripsit aduersum omnes Hæreses libros, & multa alia quę ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitantur. Superest vsq; hodie, & in extrema senectute varia cudit opera.

EFræm Edissenæ ecclesiæ diaconus: multa Syro sermone cōposuit, & ad tantā venit claritudinē, vt post lectionē scripturarū, publice in quibusdam ecclesiis eius scripta recitentur. Legi eius de spiritu scto grecū volumē, qđ quidā de Syriaca lingua verterat. Et acumē sublimis igenii etiā in trāslatione cognoui, decessit sub Valēte principe.

BAsilius Cęsareę Cappadociæ q̄ prius Mazaca vocabatur episcopus, egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de spiritusancto volumē, & in hexaemeron homilias.ix. Et ἀσκητικόν, & breues variosq; tractatus, moritur imperāte Gratiano.

GRegorius Nazianzenus eps, vir eloquentissimus præceptor meus, a quo scripturas explanāte didici, ad.xxx. milia versuum omnia opera sua composuit. E quibus illa sunt de morte fratris Cæsarii, περὶ φιλοπτωχίας, laudes Cypriani, laudes Athanasii, laudes maximi philosophi post exiliū reuersi, quē falso noīe qdā Heronis superscripserūt, quia est & alius liber vituperationē eiusdē Maximi cōtinens, quasi non licuerit eundem & laudare & vituperare pro tempore. Et liber hexametro versu, virginitatis & nuptiarū contra se disserentium, aduersum Eunomium liber vnus, de spiritusancto liber vnus. Contra Iulianum imperatorem liber vnus. Secutus est autem Polemonem dicendi charactere, viuoq; se episcopum in loco suo ordinans

rari vitam monachi exercuit. Decessitq; ante hoc ferme triennium sub Theodosio principe.

LVcius post Athanasium Arrianæ partis episcop9 usq; ad Theodosium principem, a quo & expulsus est Alexandrinam ecclesiã tenuit. Extant eius solennes de Pascha epistolæ, & pauci variarum hypotheseon libelli.

DIodorus Tarsensis episcopus, dum Antiochiæ esset presbyter magis claruit. Extant eius in apostolum commentarii, & multa alia ad Eusebii magis emiseni characterem pertinentia. Cuius cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorãtiam sæcularium litterarum.

EVnomius Arrianæ partis, Cizycenus episcopus, in apertam hęreseos suæ prorumpens blasphemiam, vt quod illi tegũt, iste publice fateretur, vsq; hodie viuere dicitur in Cappadocia, & multa contra ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollinaris. Didymus, Basilius Cęsariensis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nysenus.

PRiscillianus Abilæ episcop9, qui factione Hylatii & Ithatii: Treueris a Maximo tyranno cęsus est, ędidit multa opuscula de quibus ad nos aliqua peruenerunt. Hic vsq; hodie a nõnullis Gnosticæ, idest Basilidis & Marcionis, de quib9 Irenæus scripsit, hæreseos accusatur, defendentibus aliis, non ita eum sensisse vt arguitur.

MAtronianus prouinciæ Hispaniæ valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treueris cum Priscilliano Felicissimo Iuliano Enchrotia, eiusdem factionis auctoribus. Extant eius ingenii opera diuersis metris ędita.

TIberianus Bęticus scripsit pro suspitione, qua cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum, tumẽti cõpositoq; sermone. Postea post suorum cædem, tædio victus exilii, mutauit propositum, & iuxta sanctam scripturam canis reuersus ad vomitum suum, filiam deuotam christo virginem matrimonio copulauit.

AMbrosius Mediolanensis episcopus vsq; in præsentem diẽ scribit, de quo quia superest, meũ iudicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas.

EVagrius Antiochię episcop9 acris & feruẽtis ingenii, cũ adhuc

esset presbyter diuersarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit. Vitam quoq; beati Antonii de græco Athanasii in sermonem nostrũ transtulit.

AMbrosius Alexandrinus auditor Didymi, scripsit aduersum Apollinarem volumen multorum versuum de dogmatibus. Et vt ad me nuper quodam narrante perlatũ est, cõmentarios in Iob, qui vsq; hodie superest.

MAximus philosophus natus Alexandriæ. Constantinopoli episcopus ordinatus est, & pulsus, insignẽ de fide aduersus Arrianos scripsit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit.

GRegorius Nysenus eps frater Basilii cæsariẽsis, ãte paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui & multa alia scripsisse & scribere dicitur.

IOannes Antiochenæ ecclesiæ presbyter. Eusebii Emiseni Diodoriq; sectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης, tantum legi.

GElasius Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium episcopus, accurati limatiq; sermonis, fertur quædam scribere, sed celare.

THeotimus Scythię Tomorũ episcopus in morẽ dialogorum & veteris eloquentiæ, breues commaticosq; tractatus ædidit. Audio eum & alia scribere.

DExter Patiani, de quo supra dixi filius, clar⁹ apd̃ sęculũ & christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiã texuisse, quam necdum legi.

AMphilochius Hiconii episcop⁹, nuper mihi librũ legit de spiritu sancto, q; deus est, & q; adorandus, quodq; & omnipotens sit.

SOphronius vir apprime eruditus laudes Bethleẽ adhuc puer & nuper de subuersione Serapis, insignem librum cõposuit. De virginitate quoq; ad Eustochium, & vitam Hilarionis monachi opuscula mea in græcum eleganti sermone transtulit, psalteriũ quoq; & prophetas quos nos de Hebræo in latinum vertimus,

HIeronymus presbyter, patre Eusebio natus, oppido stridonis quod a Gotthis euersũ Dalmatię quondam Pannoniæq; confi-

nium fuit vsq; in præsentem annum, id est, Theodosii principis.xiiii. hæc scripsi. Vitam Pauli monachi epistolarum ad diuersos librũ vnũ. Ad Heliodorum exhortatoriam.altercationẽ Luciferiani. & Orthodoxi. Chronicõ omnimodæ historiæ. In Hieremiam & in Ezechiel, Homilias Origenis.xxviii.quas de græco in latinũ verti. De Seraphin & Osanna. De frugi & luxurioso filiis. De tribus quęstionib9 legis veteris. Homilias in canticum canticorum duas. aduersus Heluidium de virginitate Mariæ perpetua. Ad Eustochium de virginitate seruanda. Ad Marcellã epl'arũ librũ vnũ. Consolatoriam de morte filiæ ad Paulam. In epistolam Pauli ad Galatas cõmentariorum libros tres. in epistolam ad Titum librum vnum. in epistolam ad Philemonem librũ vnum. in Ecclesiastẽ cõmentarios quæstionum Hebraicarum. in Genesi librũ vnũ. De locis librũ vnũ. Hebraicorũ noĩm librũ vnũ. De spũ s'cto Didymi quẽ in latinũ transtuli librũ vnũ. In Lucã homilias. xxxix. In psalmos a.x.vsq; ad.xvi.tractat9 septẽ. Captiui monachi vitã & beati Hilarionis. Nouũ testamentũ græcę fidei reddidi. Vetus iuxta hebraicã transtuli. Epistolarũ autẽ ad Paulam & Eustochiũ, quia quotidie scribũtur incertus est numerus. Scripsi præterea in Michæã explanationum libros duos. in Sophoniam librum vnum. in Naum librum vnum. in Abacuc libros.ii. In Aggæum librum vnum. Multaq; alia de opere prophetali quæ nunc habeo in manibus & necdum expleta sunt. Aduersum Iouinianum libros duos. Et ad Pãmachium appologeticum & epitaphium.

Eusebii Hieronymi explicit liber virorũ illustriũ.

CATALOGI SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM INDEX.

Theophilus.	Tertullianus.	Eusebius.	Didymus.
Apollinarius.	Origenes.	Rheticius.	Optat9. Aquili9
Dionysius.	Ammonius.	Methodius.	Cyrill9. Euzoi9.
Pinyt9. Tatian9.	Ambrosius.	Iuuencus.	Epiphanius.
Philippus.	Tryphon.	Eustachius.	Efræm. Basili9.
Musanus.	Minuti9. Gai9.	Marcellus.	Gregorius.
Modestus.	Beryllus.	Athanasius.	Lucius.
Bardesanes.	Hippolytus.	Antoni9. Basili9.	Diodorus.
Victor. Iranę9.	Alexãder. Iuli9.	Theodorus.	Eunomius.
Pãtæn9. Rhodõ.	Geminus.	Eusebius.	Priscillianus.
Clemens.	Theodorus.	Triphyllius.	Matronianus.
Miltiades.	Cornelius.	Donat9. Asteri9.	Tiberianus.
Apollonius.	Cyprian9. Põti9.	Lucifer. Eusebi9	Ambrosius.
Sarapion.	Dionysius.	Fortunatianus.	Euagrius.
Apollonius.	Nouatianus.	Acaci9. Sarapiõ.	Ambrosius.
Theophilus.	Malchion.	Hilarius.	Maximus.
Bacchylus.	Archelaus.	Victorinus.	Gregorius.
Polycrates.	Anatolius.	Titus.	Ioannes.
Heraclius.	Victorinus.	Damasus.	Gelasius.
Maximus.	Pamphil9. Pieri9	Apollinarius.	Theotimus.
Candidus.	Lucianns,	Gregorius.	Dexter.
Appiõ. Sextus.	Phileas.	Tacianus.	Amphilochnis.
Brabianus.	Arnobius.	Photinus.	Sophronius.
Iudas.	Firmianus.	Sœbadius.	Hieronymus.

GENNADII ILLVSTRIVM VIRORVM CATALOGVS.



Iacob9 cognomẽto sapiẽs Nesibenę nobilis Persa- rũ modo ciuitatis episcop9, vn9 ex numero sub Maximiano psecutore cõfessorũ, & eorũ qui in Nicena synodo Arrianã peruersitatẽ ὁμοούσιον oppositione dãnarũt. Hunc virũ beat9 Hiero. in libro χρονικῶν, velut magnarum virtutũ hominem nominãs in catalogo scribarũ cur nõ posuerit, facile excusabit, si cõsideremus ipos

tres vel q̃ttuor syros, quos posuit, interp̃tatos i græcū se legisse testatū. Vñ cõstat eū ignorasse syrã lingua v'l fas. Et ideo hūc q necdū i aliaver ſ' ē lĩgua nesciſſe scriptorē. Cõphēdit aūt oē op' suū i.xxvi.libros.id ē de fide cõtra oēs hęreses, de charitate gñali, de ieiunio, de orõne, de dile ctiõe erga p̃ximū speciali, de refectiõe, de vita post mortē, de hūilitate de pnĩa: de satisfactiõe: de virginitate: de sēsu aię: de circũcisiõe: de azymi bñdictiõe: p̃ q̃ i Esaia legit. Nõ exterminabit botr', de xp̃o q̃ filius dei sit & cõsubstãtialis p̃ri: de castitate aduers' gētes: de cõstructiõe ta bernaculi: de gētiū cõuersatiõe: de regno p̃sarū: de p̃secutõe xp̃ianoꝝ. Cõposuit xp̃o χρονικὸν minoris q̃dē grȩcorū curiositatis sed maioris fiduciæ, qa diuinarū scripturarū auctoritate constructū, cõprimit ora eorū q p̃sūptuosa suspitiõe de aduētu antixp̃i v'l dñi nr̃i inanit philoso phant. Morit hic vir Cõstãtii tp̃ib' & iuxta p̃ceptū p̃ris ei' Cõstãtini ĩtra muros Nesibenses sepelit, ob custodiã videlicet ciuitatis, q̃d s̃cd̃m fidē Cõstãtini euenit. Nã post ãnos ĩgress' Iulian' Nesibē, vel gl'ię se pulti inidēs, v'l fidei cõstãtini cui' ob id donū p̃seq̃bat, iussit efferri de ciuitate s̃cti corporis reliq̃s, & post paucos mēses cõsulēdę licet rei pu. Iouinianus impator qui Iuliano successerat tradidit Barbaris ciuitatē quã vsq; hodie Persarū ditioni cū finibus suis subiecta seruit.

IVli' Ro. vrbis ep̃s, scripsit ad Dionysium quēdã de incarnatiõe dñi ep̃lam vnã, q̃ illo q̃dē tp̃e visa est aduersū eos q ita duas p̃ icarnationē i xp̃o asserebãt p̃sonas sicut & naturas: nūc aūt perniciosa probatur: fomentū enim est Eutichyanæ & Timothianæ impietatis.

PAulin' p̃sbyter discipul' b̃ti Ephrē diaconi, hõ acris valde ige nii, & i diuinis doct' scripturis, sed viuēte magistro clar' in do ctoribus eccl'iæ fuit, & maxime ex tp̃e declamator. Post illius autem obitū amore p̃mat' & nois, separãs se ab eccl'ia, scripsit contraria fidei multa. Huic obitur' b̃tūs Ephrē astãti dixisse fert. Vide Pauline ne te mittas cogitationibus: sed cū te ad purū cõprehendisse putaueris do minum, crede nec intellexisse. p̃senserat enim illū ex studiis vel sermo nibus eius noua inuestigare, & immēsum intellectum tenere, vnde eū frequenter Bardesanem nouellum vocabat.

TItelli' afer, donatianū schisma defēdēs, scripsit de eo, q̃ odio sint mūdo dei serui, in quo si tacuisset de nr̃o velut p̃secutorū noīe

egregiā doctrinā ediderat. Scripsit aduersū gētes & aduersū nos velut traditores i psecutiōe diuinarū scripturarū, & ad regulā eccl'iasticā ptinētia multa disseruit. Claruit sub Cōstāte filio Cōstātini principe.

MAcrobi⁹ p̄sbyter, vt & ip̄e ex scripto Optati cognoui, Donatianorū postea i vrbe Roma occult⁹ ep̄s fuit. Scripsit eum adhuc i eccl'ia dei p̄sbyt̄ esset, & ad confessores & ad virgines librū vnū. moralis q̄dē, sed valde necessariæ doctrinæ, & p̄cipue ad custodiēdā castitatē aptissimis valde sentētiis ordinatū. Claruit iter n̄ros p̄mū Africæ, & inter suos .i. Donatianos montēses, postea Romæ.

HEliodor⁹ p̄sbyt̄ scripsit librū vnū de naturis rerū exordialiū: in quo ondit vnū eē pricipiū: nec q̄cq̄ coæuū deo, nec mali cōditorē deū, sed ita bonorū oīm creatorē, vt materia q̄ ad malū versa ē, post inuēta malicia a deo sit f̄ctā: nec q̄cq̄ materialiū absq̄ deo credit̄ cōditū aut fuisse alia⁊ re⁊ creatorē p̄t deū q̄ p̄scietia sua cū viderit mutādā naturā (p̄mōuit de pena.

PAchumi⁹ mōach⁹ vir tā i docēdo q̄ i signa faciēdo ap̄licę gr̄ę, & fūdator egypti cœnobio⁊, scripsit regulā vtriq̄ generi mōacho⁊ aptā quā āgelo dictāte pceperat. & scripsit ad collegas p̄positurę suę ep̄l'as i q̄b⁹ alphabetū mysticis tectū sacramentis velut hūanę cōsuetudinis excedētē itelligētiā clausit: solis credo co⁊ gr̄ę vł meritis manifestū .i. ad abbatē corneliū, vnā ad abbatē sirum, vnā ad oīm monasterio⁊ p̄positos, vt i vnū antiqu⁹ mōasteriū q̄d lingua egiptiaca vocat̄ Baū cōgregati, paschę diē, velut ęterna lege concelebrēt ep̄l'am vnā. similiter & ad diē remissiōis q̄ mēse Augusto agit̄ vt i vnū p̄positi cōgregarent̄ ep̄l'am vnā, & ad f̄res q̄ foras mōasteriū (missi fuerāt, opari ep̄l'am vnā.

THeodor⁹ successor gr̄ę & p̄posi turę supdicti abbatis pachumii, scripsit ad alia mōasteria scripturarū s̄ctārū ep̄l'as s̄mōe digestas. In q̄b⁹ tñ frequēter meminit magistri & istitutoris Pachumii, & doctrīe ei⁹ acvitę ponit exēpla, q̄ vt doceret āgelo adinistrāte didicerat. simul & hortabat̄ pmanēdū i p̄posito cordis & studii, & redire i cōcordiā, & imitari eos q̄ post abbatis obitū dissensiōe facta a cœtu semetipos absciderāt vnitatis. Sūt aūt hui⁹ exhortatiōis ep̄l'ę tres.

ORsiesis mōach⁹ ābo⁊ pachumii & theodori collega, vir in scripturis ad pfectū instruct⁹, cōposuit librū diuino cōditū sale totiusq̄ monasticæ disciplinæ instrumentis cōstructū:

& vt simpliciter dicā, ī q̄ totū pene vet⁹ & nouū testamētū cōpēdiosis dissertionib⁹ iuxta monachorū dūtaxat necessitatē inuenit̄ exposi-tū, quem tamē vice testamēti ꝓpe diē obitus sui fratribus obtulit.

Macari⁹ monach⁹ ille ægypti⁹, signis & virtutib⁹ clar⁹, vnā tā tū ad iuniores ꝓfessionis suæ scripsit ep̄lam: ī qua docet illū p-fecte posse deo seruire qui cōditionē creationis suę cognoscēs ad omnes semetip̄m inclinauerit labores: & luctādo atq₃ aduersum omne q̄d in hac vita suaue est auxilium implorando: ad naturalem quoq₃ perueniens puritatem, continentiā velut naturæ debitū munus obtinuerit.

Evagri⁹ monach⁹ supradicti Macarii familiaris discipul⁹, diuina & hūana litteratura īsignis, cui⁹ etiā libro qui attitulat̄ vita patrū, velut cōtinētissimi viri mentionē facit. Scripsit multa monachis necessaria. e quib⁹ ista sunt. Aduersū octo pricipaliū vitiorū suggestiones, q̄s aut prim⁹ aduertit aut iter primos didicit. Octo & sanctarum scripturarū testimoniis opposuit libros, ad similitudinē videlicet dn̄i qui tētatori suo sēp scripturarū testimōiis obuiauit. Ita vt vnaq̄q₃ vel diaboli, vel vitiatę naturę suggestionū cōtra se habeat testimoniū: q̄d tamē op⁹ eadē simplicitate q̄ ī greco inueni iuss⁹ ī latinū trāstuli. Cōposuit & anachoretis simplicit̄ viuētib⁹ librū cētū sētētiarū p capitula digestū: & eruditis ac studiosis quinq̄gīta sētētiarū, quē ego īlatinū primus feci. Nā supiorē oli translatū, quia vitiatū & p tēp⁹ confusū vidi: parti reiterp̄tādo, parti emēdādo auctoris veritatē restitui. Cōposuit & cœnobitis ac synodotis doctrinā aptā vitæ cōis, & ad virginē deo sacratā libellū cōpetētē religiōi & sexui. Edidit & paucas sētētiolas valde obscuras: & (vt ip̄e ī his ait) solis monachoꝝ cordib⁹ agnoscibiles q̄s ego similit̄ latinis dedi. Vixit lōga ętate, signis & virtutib⁹ pollēs.

Theodor⁹ Antiochiæ eccl̄iæ p̄sbyt̄ vir sciētia caut⁹ & ligua diser-t⁹, scripsit aduersū Apollinaristas & Anomęos de incarnatione dn̄i libros ad. xv. milia versū cōtinētes. In quib⁹ ratōe purissima & testimoniis scripturarū, ostendit dn̄m Iesū sicut plenitudinē deitatis ita plenitudinē humanitatis habuisse. Docet & hominē duab⁹ tantū sub stātiis cōstare, anima. s. & corpore: sensūq₃ & spiritū nō alterā esse sub stātiā, sed officia animę igenita, q̄b⁹ rōnabilis est, q̄b⁹ sensibile facit corp⁹. xiiii. autē hui⁹ op̄is libros ꝓprie de icreata & sola īcorporea ad

omnia que omnium sanctę Trinitatis: & de creaturarum ratione differens pio sensu cum auctoritate sanctarum scripturarum explicuit. xv. volumine totum operis sui corpus: ciuitatis etiam patrum traditionibus confirmauit & cōmuniuit.

PRudētius vir sęcularis litteraturæ eruditus, cōposuit διττοχαῖον, de toto veteri & nouo testamento personis excerptis. Cōmentatus est in morem gręcorum hexaemeron de mundi fabrica, vsq; ad conditionem primi hominis: & pręuaricationem eius. Composuit & libellos, quos græca appellatione prætitulauit. ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια .i. de diuinitate. de compugnantia animi. de origine peccatorum. Fecit & i laudem martyrum sub aliquorum nominibus inuitatorium ad martyrium librum vnum: & ad hymnorum alterum, speciali tamen intentione aduersum Symmachum idolatriam defendentem: ex quorum dilectione agnoscitur Palatinis simul fuisse.

AVdentius episcopus Hispanus, scripsit aduersus Manichęos & Sabellianos & Arrianos, maxime quoq; intentione specia li tamen contra Photinianos qui nunc Bonosiaci vocantur librū, quē prætitulauit de fide aduersum hęreticos, in quo ostendit antiquitatē filii dei coæternalem patri fuisse. nec initium deitatis tunc a deo patre acceperit, cum a Maria virgine homo deo fabricante conceptus & natus est.

COmmodian⁹ inter sęculares litteras etiā nr̄as legit, occasionē accepit fidei. Factus itaq; christian⁹ & volēs aliqd studiorū suorū munus offerre christo suę salutis auctori, scripsit mediocri s̄mone, qua si versu aduersum paganos: & quia patrum nostrorum attigerat litteras, magis illorum destruere potuit q̄ȝ nostra firmare. Vnde & de diuinis promissionibus aduersum illos, vili satis & crasso (vt ita dixeri) sensu disseruit: illis stuporem, nobis desperationem incutiens. Tertullianum & Lactantium & Papiam auctorem secutus, moralem sane doctrinam & maxime volūtariæ paupertatis amore optime prosecutus inculcauit.


Austin⁹ presbyter, scripsit ad personam Faccillæ reginę aduersum Arrianos & Macedonianos libros. vii. his eos maxime scripturarum testimoniis arguens & conuincens; quibus illi prauo sensu

vtuntur ad blasphemiam. Scripsit & librum quem Valētiniano Theodosio & Archadio imperatoribus pro defensione suorum cum Marcelliano quondam presbytero obtulit. Ex quo ostenditur Luciferianos schismati consensisse: quia Hilarium Pictauiensem: & Damasum vrbis Romae episcopos culpat quasi male consuluerint ecclesię, q prae uaricatores episcopi se in cōmunionem & sacerdotium, pacis recuperandae gratia recepissent: quod Luciferianis ita displicuit recipere episcopos qui in Ariminensi concilio Arrianis cōmunicauerant: vt Nouatianos apostatas poenitentes.

RVffinus Aquileiensis ecclesiae presbyter: non minima pars ecclesiae doctorum: & in transferendo de graeco in latinū elegans ingenium habuit. Deniq3 maximam partem graecorū bibliothecā latinis exhibuit. Basilii. s. Caesariensis Cappadociae episcopi. Gregorii Nazianzeni eloquentissimi hominis. Clementis Romani recognitionum libros. Eusebii Caesariēsis Palaestinae ecclastică historiā. Xysti sentētias. Euagrii sententias. Pamphili martyris aduersū Mathematicos. horū omniū quęcūq3 pmissis plogis a latinis legūtur a Ruffino interptata sunt: q aūt sine plogo, ab alio trāslata sūt q plogū facere noluit. Origenis autē nō omnia, quia & Hieronymus trāstulit aliquāta q suo plogo discernunt. pprio autē labore: immo gratia dei exposuit idē Ruffinus symbolū: vt in eius cōparatione alii exposuisse credant. disseruit & benedictionē Iacob sup patriarchas triplici. i. historico morali & mystico sensu. Scripsit aepistolas ad timorem dei hortatorias multas, in quas plene nitent illae quas ad probam dedit historiae etiā ecclasticae, quā ab Eusebio scriptam, & ab isto diximus interptatam addidit. x. & xi. librū. Sed & obtrectatori opusculorum suorū respondit duobus voluminibus arguēs, & cōuincens se dei intuitu & ecclesiae vtilitate, auxiliāte domino ingenium agitauisse, illū vero emulationis stimulo incitatū ad obloquiū stilum vertisse.

TIchoni9 nat9 Afer, in diuinis litteris erudit9, iuxta historiā sufficiēter, & in sęcularib9 nō ignar9 fuit. In ecclesiasticis quoq3 historiis studiosus: scripsit de bello intestino libros, & expositiones diuersarū causarū, i quib9 ob suorū defensionē antiquarū meminit synodū, e quib9 oīb9 agnoscit Donatianae partis fuisse. Cōposuit & regulas

ad inuestigādā & inueniēdā itelligētiā scripturarū: octo q̄si vno voluīe cōclusit. Exposuit & Apocalypsim Ioānis in integro: nihil in ea carnale sed totū intelligēs spiritale. In qua expositiōe dixit angelicā statione corp⁹ dixit esse, nulle annorū q̄cq; regni in terra iustorū post resurrectionē futuri suspitionē tulit. Neq; duas in carne mortuorū resurrectiōes futuras, vnā iustorū aliā iniustorū: sed vnā & tūc semel oīm in qua surgūt abortiui etiā deformati, ne quid humani generis deformatum & animatū substātia. interea ostendit distinctionē sane duarū resurrectionū. Ita facit vt primā quā iustorū Apocalypsim dicit, credamus modo in ecclesiæ icremento: vbi iustificati p fidē, a morticinis peccatorū suorū per baptismū ad vitæ æternæ stipēdiū suscitantur. Secūdā vero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic ætate qua ante memoratus Ruffinus, Theodosio & filiis eius regnantibus.

SEuerus p̄sbyter cognomēto Sulpitius Aquitanicę prouīcię vir genere & littera nobilis: & pauptatis atq; humilitatis amore cōspicuus, charus etiā sanctorū virorum Martini Turonēsis episcopi, & Paulini Nolēsis, scripsit nō cōtēnēda opuscula. Nā epistolas ad amorē dei & cōtēptū mūdi exhortatorias scripsit sorori suæ multas: quæ & notæ sunt. Scripsit & ad supradictū Paulinū Nolanū duas: & ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiā familiaris necessitas inserta est: nō digerunt͛: Cōposuit & Chronica, scripsit & ad multorū ꝓfectū: vitā beati Martini monachi et episcopi signis et prodigiis ac virtutibus illustris viri, et consolationem Posthumiani et Galli: sed mediante et iudice de conuersatione monachorum Orientalium, et ipsius Martini habitam in dialogi speciem duabus incisionibus comprehendit: in quarum priorum refert suo tempore apud Alexandriam synodo episcoporum decretum Origenem: et cautius a sapientibus pro bonis legendum et animis capientibus pro malis reputandum. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus: et agnoscens loquacitatis culpam silentiū vsq; ad mortem tenuit: vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.

ANtioch⁹ eps scripsit aduersū auariciā vnū ad lōgū volumē: et in curatiōe ceci: qui a saluatore illūinat⁹ est homiliā cōposuit: cōpūctione timoris dei et humilitate plenā. Moritur Archadii vno tēpore.

SEuerianus Gabellēsis ecclesię episcopus: in diuinis scripturis eruditus: & in homiliis declamator admirabilis fuit: vnde & frequē ter ab episcopo Ioanne & Archadio imperatore ad faciendum sermonem Constantinopoli: vocabatur. Legi eius expositionem in epistola ad Galatas. & de baptismo & theophaniæ solemnitate libellum gratissimum. Morit̃ iuniore Theodosio suo in baptismo imperante.

NIceas Romanæ ciuitatis episcopus, composuit simplici & nitido sermone sex competentibus ad baptismũ instructionis libellos: in quibus primus continet qualiter se debeant agere competentes: qui ad baptismi gratiam cupiunt peruenire. Secũdus de gentilitatis erroribus: in quo dicit suo pene tempore melchidium quendam patremfamilias a liberalitate: & Gadarium rusticum ob fortitudinem esse inter deos relatos. Terti⁹ liber de fide vnicę maiestatis. Quartus aduersum genethlelogiā. Quintus de symbolo. Sextus de agni paschalis victima. Dedit ad lapsam virginem libellum, omnib⁹ laudibus emendationis ingentem.

OLimpius natione Hispanus episcopus, scripsit librum fidei aduersum eos qui naturam & non arbitrium in copulam vocant, ostendens non creatione sed inobedientia insertũ naturæ malum.

BAcciarius vir philosophiæ nudus & expeditus, vacare deo disponens etiam peregrinationem pro conseruanda integritate elegit. Edidisse dicitur græca opuscula: sed & ego ex illis vnum tantũ de fide librum legi: in quo satisfacit pontifici vrbis aduersum querulos & infamatores peregrinationis suæ: indicans se non timore hominum, sed dei causa peregrinationem suscepisse: vt exiens de terra sua & cognatione sua hęres fieret Abrahæ patriarchæ.

SAbbatius Gallicenæ episcopus prouincię, rogatus a quadā casta & christo dicata virgine Secunda nomine, composuit librũ de fide aduersum Marcionem & Valentinum eius auctorem, & aduersum Eunomium & eius magistrum Aetium: ostendens ei ratione scripturarum & testimoniis vnum esse deitatis principiũ, ipsumq; & esse deitatis & æternitatis auctorem: et mũdi ex nihilo conditorem, simul q; et de christo q non in phantasia homo apperuerit: sed veram habuerit carnem per quam manducādo/bibendo/lassando/plorando/patiē

do moriẽdo resurgẽdo verus probat⁹ sit homo. His enĩ sentẽtiis Martiõ & Valentinian⁹ cõtrarii extiterũt, asserentes duo deitatis principia, & christũ venisse in phantasia. Aetio vero & Eunomio discipulo ostẽdit patrẽ & filiũ non diuarũ esse naturarũ & diuinitati pariliũ, sed vni⁹ essentiæ, & alterum ex altero. i. ex patre filium, alterum alteri coęternũ cui credulitati Aetius & Eunomius contradicunt.

ISaac scripsit de sancta Trinitate, & de incarnatione domini librum obscurissimæ disputationis & inuoluti sermonis, confirmans ita in vna deitate tres esse personas, vt tamen sit in singulis proprium aliquid quod non habeat alia. Patrem. s. hoc habere proprium, ꝙ ipse sine origine origo sit aliorum. Filium hoc habere proprium ꝙ genitus genitori non sit posterior. Spiritum sanctum hoc habere proprium, ꝙ nec factus nec genitus, & tamen sit ex altero. De incarnatione vero dñi ita scribit, vt manentibus in ea duabus naturis vna credatur filii dei persona.

VRsinus monachus scripsit aduersum eos qui rebaptizandos hæreticos decernunt, docens nec legitimum nec deo dignũ rebaptizari illos q in nomine simpliciter christi, vel in nomine patris & filii & spiritussancti q̄uis prauo sensu baptizẽtur, sed post sanctæ Trinitatis & christi simplicem confessionem, sufficere ad salutem manus impositionẽ catholici sacerdotis.

MAcarius alius monachus, scripsit in vrbe Romana aduersum Mathematicos librum, in quo labore orientalium quęsiuit solatia scripturarum.

HEliodor⁹ alius Antiochen⁹ p̄sbyter, edidit de virginitate egregium & sanctis scripturis instructum volumen.

IOannes Hierosolymorum episcopus, scripsit in obtrectatores studii sui librum, in quo ostendit se Origenis ingenium non fidem secutum.

PAulus episcopus scripsit de penitentia libellum, in quo dat legẽ pœnitentibus; ita debere dolere pro peccatis, ne supra mensurã tristiciæ immensitate desperationis mergantur.

HEluidius Auxentii discipulus Symmachi imitator, scripsit religionis quidẽ librum studio, sed non secundum scientiam, neq;

sermone, neq̧ ratione nitidum: cuius operis ita sanctarum scriptura-rum sensus ad suam peruersitatem flectere conatus est, vt earũ testimo-niis asserere voluerit sanctam Mariam post natiuitatem domini, quẽ virgo peperit, Ioseph sponso suo iunctam, & eius consortio filios fuisse pisse: qui fratres domini appellati sunt: cuius prauitatem arguens Hie-ro. libellum documentis scripturarum aduersus eum ædidit.

Theophilus Alexandrinæ ciuitatis episcopus, scripsit aduersũ Origenem vnum & grande volumen: in quo omnia pene eius dicta, & ipsum pariter dãnat: ac simul edocens non a se eũ pri-mum, sed ab antiquis patribus & maxime Heracla fuisse, & a presby-tero electum, & de ecclesia pulsum, & de ciuitate fugatum. sed aduersum anthropomorphitas hæreticos qui dicũt deum humana figura & me-bris constare, disputatione longissima confutans: & de diuinarum scri-pturarum testimoniis arguens & conuincens eos, ostendit deum ĩ cor-poreum, iuxta patrum fidem credẽdum: neq̧ vllis membrorum linia-mentis omnino compositum. & ob id nihil ei in creaturis simile per substantiam, nec cuiq̧ incorruptibilitatem, aut immutabilitatẽ suæ dedisse naturæ, sed esse omnes intellectuales naturas corporeas, om-nes mutabiles, vt ille solus corruptibilitati & mutabilitati non subia-ceat qui solus habet immortalitatem. Paschale etiã recursum, quod ma-gna apud Nicæam synodus post nonaginta & quinq̧ annos, agi in tẽ-pore & die & luna secundum statũ suũ inuenerat: additis quibusdam ipsius festiuitatis rationibus & expositionib⁹, Theodosio pricipi ob-tulit. Legi & tres de fide libros sub nomine eius titulatos, sed quia lin-gua inconsonans est non valde credidi.

Eusebius scripsit de crucis domini mysterio & apostolorũ, pct pueq̧ Petri cõstantiã virtute crucis, fidei virtute adeptã.

Vigilantius natione Gallus, Hispaniæ Barcilonẽsis parrochiæ eccle-siã tenuit. Scripsit & ipse zelo quidẽ religiõis aliqua sed ductus huma-na laude, & p̃sumẽs supra vires suas hõ lingua polit⁹ nõ sensu scriptu-rarũ exercitat⁹ exposuit prauo ingenio secundam Danielis visionẽ. & alia locutus est friuola, q̃ in catalogo hæreticorũ necessario exponentur.

Simplicianus episcopus multis æpistolis hortatus est Augustinũ adhuc præsbyter, agitare ingenium, & expositionib⁹, scriptura

rum vacare: vt etiã nouꝰ quidam Ambrosius Origenis ἐργοδιώκτης videretur. & multas ad eius personã scripturarum quæstiões absoluit. Est eius epl̃a ꝓpositionũ, in qua iterrogãdo q̃si discitur⁹ docet doctrinã.

VIgilius episcopus scripsit ad quendam simplicianum in laudem martyrum libellum, & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum.

AVgustinus Afer Hipponensis oppidi episcopus, vir eruditione diuina & humana orbi clarus, fide integer & vita purꝰ, scripsit quanta nec inueniri possunt. quis ergo glorietur omnia se illius habere: aut quis tanto studio legat quantum ille scripsit? Edidit tamen senex quod iuuenis cœperat, de Trinitate libros.xii. in quibꝰ (vt scriptura ait) introductus in cubiculum regis, & decoratus veste multifaria, sapientia dei exhibuit ecclesiam sine macula aut ruga, aut aliquid eiusmodi. De incarnatione quoq; dei idoneam ędidit pietatẽ. De resurrectiõe mortuoꝝ etiã filii cucurrit synceritate. licet minꝰ capacibꝰ dubitatione de abortiuis eiecerit, catholicus permansit.

ORosius presbyter Hispani generis, vir eloquens & historiaꝝ cognitor: scripsit aduersum quærulos christiani nominis qui dicunt defectum Romanæ reipublicæ christi doctrina inuectum libros septẽ, in quibus totiꝰ pene mũdi tẽpori calamitates & miserias, ac bellorum inquietudines replicans, ostendit magis christianæ obseruantię esse, ꝙ contra meritum suum res Romana adhuc duraret, & pace culturę dei pacatum retineret imperium. Sane in primum librũ descripsit positionem orbis oceani interfusione, & Tanai limitibus intercisum, situm locorum, nomina & numerum, moresq; gẽtium, qualitates regionum, initia bellorum, & tyrannidis exordia, finitimo sanguine dedicata. Hic est Orosius, qui ab Augustino pro discẽda animę rõne ad Hiero. missꝰ, rediẽs reliqas btĩ stephãi p̃mi martyris tũc nup inuẽtas, p̃mꝰ ĩtulit occidẽti. Claruit extremo pene Honorii tẽpore.

MAximꝰ taurinẽsis ecclię eps, vir ĩ diuinis scripturis satis ĩtẽtꝰ & ad docẽdã ex tp̃e plębẽ sufficiẽs, cõposuit ad laudẽ apl'oꝝ tractatꝰ & ĩ Ioãnis baptistę, & gñalẽ oĩm marꝫ homiliã. Sed & de capl'is euãgelioꝝ & actuũ apl'oꝝ mlta sapiẽter exposuit. Fecit & duos de scti eusebii vercellẽsis ep̃i & cõfessoris tractatꝰ, & de sancti Cypriani speciale. de ba

ptisimi gratia librū ędidit. Scripsit de auaricia. de hospitalitate. de defe ctu Lunæ. de eleemosynis. de eo qđ scriptū est in Esaia: Caupones tui miscent vino aquā. de passione domini. de ieiunio seruorum dei gene rali. de ieiunio speciali quadragesimæ, & q non sit in eo iocandum. de Iuda traditore. de cruce domini. de sepulchro ei9. de resurrectione ipsi9 de accusato & iudicato dñ o apud Pilatum. de kalendis Ianuariis. Ho milias ēt de natali dñi. Scripsit homilias de theophania, & de Pascha, & de Pentecoste multas. de hostibus carnalib9 nō timendis. de gratia post cibum deo agenda. de pœnitētia Niniuitarum, & multas alias ei9 homilias de diuersis legi, quæ nec retineo. Moritur Honorio & Theo dosio iuniore regnantibus.

PEtronius Bononiēsis episcop9, vir sanctitate vitæ & monacho rum studiis ab adolescentia exercitatus, scripsisse putatur Vitas patrum ægypti monachorum, quas velut specula ac normam profes sionis suæ monachi amplectūtur. Legi sub eius nomine de ordinatio ne episcopi ratione & humilitate plenum tractatum: quem lingua ele gantior ostendit non ipsius esse, sed vt quidā dicunt patris eius Petro nii eloquentissimi & eruditissimi in sęcularibus litteris viri, & creden dū. Nam præfectum prætorii se fuisse, in ipso tractatu designat. Mo ritur Theodosio Archadii filio & Valentiniano regnantibus.

PElagius hæresiarches anteq̃ proderetur hæreticus, scripsit stu diosis tres necessarios de fide Trinitatis libros, & pro actuali cō uersatiōe eulogiarum ex diuinis scripturis librum vnum: capitulorū indiciis in modum sancti Cypriani martyris præsignatū. Postq̃ hæ reticus publicatus est, scripsit hæresi suæ fauentia.

INnocentius vrbis Romæ episcopus, scripsit decretum occidē talium & orientalium ecclesiarum aduersum Pelagianos datum quod post successor eius Zosimus latius promulgauit.

CElestinus anteq̃ a Pelagio cōcurreret: imo adhuc adolescēs, scri psit ad parentes suos de monasterio epistolas in modū libellorū tres, oībus deū desiderātibus necessarias. Moralis siquidē in eis dictio nihil ibi vitii postmodū pditi, sed totū ad virtutis incitamētū tenuit.

IVlianus episcopus Capuan9, vir acer in negocio, ī diuinis scri pturis doctus, gręca & latina lingua scholasticus. prius ergo q̃

impietati Pelagii se aperiret, clarus in doctoribus ecclesiæ fuit: postea vero hæresim Pelagii defendere nisus scripsit ad Augustinũ impugnatorem illius libros.iiii. & iterum libros. viii. Est & liber altercationis ambarum partium defendentium. Hic Iulianus eleemosynis tempore famis & angustiæ indigentibus omnibus suis prorogatis, multos miserationis specie nobiliũ p̃cipue religiosorum illiciens, hæresi suæ sociauit. Moritur Valentiniano Constantii filio imperante.

LVcianus presbyter sanctus vir, cui reuelauit deus temporib⁹ Honorii & Theodosii Augustorũ, locũ sepulchri, & reliquiarum corporis sancti Stephani martyris primi. Scripsit ipsam reuelationem ad omnium ecclesiarum personas græco sermone.

AVitus presbyter, homo Hispanus genere: ante relatam Luciani presbyteri scripturam, transtulit in latinum sermonem: & adiecta epistola sua per Orosium presbyterum occidentalibus dedit.

PAulinus Nolæ Campaniç episcop⁹, composuit versu breuia, sed multa, & ad celsum quendam epitaphii vice consolatoriũ libellũ super morte christiani & baptizati infantis, spe christiana munitũ: & ad Seuerum plures epistolas, ad Theodosium imperatorem ante episcopatum prosa panegyricum super victoria tyrannorum: eo maxime q̃ fide & oratione plusq̃ armis vicerit. Fecit & sacramentarium & hymnarium. Ad sororem quoq; epistolas multas de contemptu mundi dedit: & de diuersis causis, disputatiõe diuersa tractat⁹ ædidit. Præcipuus tamen omnium opusculorum eius, est liber de pœnitentia & de laude generali omnium martyrum. Claruit temporibus Honorii & Valentiniani, non solum eruditione & sanctitate vitæ, sed & potentia aduersum dæmones.

EVtropius presbyter scripsit ad duas sorores ancillas christi, quç ob deuotionem pudicitiç & amorem religionis exhæredatç sũt a parentib⁹, epistolas in modum libellorum consolatorias eleganti & apto s̃mõe duas: nõ solũ rõne, sed etiã & testimõiis scripturaꝶ munitas.

EVagrius alter, scripsit altercationem Simonis iudæi & Theophili christiani, quæ pene omnibus nota est.

VIgilius diaconus, composuit ex traditione patrum monachorũ regulam: quæ in Cœnobio ad profectum fratrum in conuentu

legitur breuiato & aperto sermone totius monasticæ professionis in se tenentem disciplinam.

ATticus Constantinopolitanus episcopus, scripsit ad reginas Archadii imperatoris filias de fide & virginitate librum valde egregium, in quo peruersum Nestoriani dogma impugnat.

NEstoriꝰ hæresiarches cum in Antiochena ecclesia presbyter insignis ī docēdo ex tp̄e declamator haberetur, cōposuit infinitos tractatus diuersarum ὑποθέσεων. In quibus iā tūc subtili nequitia insudit postea proditæ impietatis venena, quæ moralis interdum occultabat suadela. Postq̄ vero eloquentia & abstinentia cōmendante Cōstantinopolitanæ ecclesiæ pontificatui donatꝰ est: apertum se ecclesiæ hostem quem diu celabat ostendens, scripsit librum quasi de incarnatione domini sexaginta & duobꝰ diuinæ scripturæ testimoniis, prauo sensu suo constructum, in quo quid asseuerauerit in catalogo hæreticorum monstrabitur.

CElestinus vrbis Romæ episcopus decretum Synodi aduersum supradictum Nestorium habitum volumine describens, ad Orientis & Occidentis ecclesias dedit: confirmans duabus in christo manentibus perfecte naturis. Vnam filii dei credendam esse personam. Huic sententiæ suprascriptus Nestorius ostensus est esse contrarius. Similiter etiam Xystus successor Celestini pro eadem re, & ad ipsum Nestorium & ad Orientis episcopos aduersus errorem eius succidendum sententias direxit.

THeodorus Ancíranus Gallatiæ episcopus, scripsit aduersꝰ Nestorium adhuc Ephesi positus librum redargutionis & confutationis: dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sanctarū scripturarum detextum: multis enim assertionibus vsus est anteq̄ scripturarum testimonia poneret.

FAstidius Britanniorum episcopus scripsit ad Fatalem quendam de vita christiana librum, & alium de viduitate seruanda sana & deo digna doctrina.

CYrillus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, ædedit variarum ὑποθέσεων tractatus. homilias etiam composuit plurimas quę ad declamandum a græciæ episcopis memoriæ commendantur. Præte-

rea libri eius sunt de synagogæ defectu, de fide aduersum hæreticos, & peculiari intentione aduersus Nestorium compositus qui attitulatur ἔλεγχος. In quo omnia Nestorii occulta panduntur, & prodita confutantur.

Timotheus episcopus composuit librum de natiuitate domini secundum carnem: quam credit in epiphania factam.


Leporius adhuc monachus, postea presbyter, præsumēs de puritate vitæ, quam arbitrio tantum & conatu proprio non dei se adiutorio obtinuisse credebat Pelagianū dogma cœperat sequi, sed a gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Augustinum a deo emendatus scripsit emendationis suæ libellum, in quo satisfacit de errore, & gratias agit de emendatione. Simul & q̄ de incarnatione christi male senserat corrigens, catholicam sententiam tulit dicens, manētibus in christo duabus naturis: vnam reddi filii dei personam.


Victorinus rhetor Massiliēsis, ad filii sui Etherii personam cōmentatus est in Genesim, idest a principio libri vsq; ad obitum Abraæ patriarchę. Quatuor versuū ædidit libros, christiano quidem & pio sensu: sed vt pote sæculari litteratura homo occupatus, & nullius magisterio in diuinis scripturis exercitatus, leuioris ponderis sententias figurauit. Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.


Cassianus natiōe Scytha, Constantinopoli a Ioanne magno episcopo diaconus ordinatus, apud Massiliam presbyter, condidit duo monasteria idest virorum & mulierum q̄ vsq; hodie extant. Scripsit experientia magistrante plano librato sermone: & (vt apertius dicam) sensu verba inueniens: & actione linguam mouens res omnium monachorum professione necessarias, idest de habitu & de canonica oratione atq; psalmorum modo qui in monasteriis ægypti die noctuq; tenētur libros tres. Institutionū librū vnū. De origine & qualitate ac remediis octo pricipaliū vitiorū libros octo: singulos. s. de singulis vitiis libros ex=

pendiens. Digessit etiam consolationes cum patribus ægypti habitas hoc est de destinatione monachi ac fine. de discretione. de tribus ad seruiendum deo vocatõibus. De pugna carnis aduersum spiritum, & spiritus aduersum carnem. De natura omnium vitiorũ, de necessariis ctorũ. de nobilitate animę. de octo principalib9 vitiis. de q̃litate orõnis. de iugitate oratiõis. de perfectiõe. de castitate. de protectione dei. de scientia spiritali. de diuinis charismatibus. de amicitia. de diffiniendo vel non diffiniendo. De trib9 antiqs generib9 monachorũ & quarto nup exorto. De fine cœnobitę & eremitę. De satisfactiõe penitẽtię. de remissiõe quinquagesimę. de nocturnis illusionib9. De eo q̃d dicit apl's: Nõ enĩ q̃d volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. De mortificatione. Et ad extremum rogatus a Leone archidiacono, & postea vrbis Romæ episcopo: scripsit aduersus Nestorem de icarnatione domini libros. vii. Et in his scribendi apud Massiliam & viuendi finem fecit Theodosio & Valentiniano regnantibus.

PHilippus presbyter, optimus auditor Hiero. cõmentatus est in Iob. Acdidit sermone simplici libros. Legi eius & familiares epistolas & valde salsas, & maxime ad paupertatis & dolorum tolerãtiam exhortatorias. Moritur Martiano & Auito regnantibus.

EVcherius Lugdunẽsis ecclesiæ episcopus, scripsit ad Valerianũ propinquũ suũ de contẽptu mundi, & sæcularis philosophiæ eplam vnã scholastico & rationabili sermõe. Disseruit etiam ad psonã filiorũ Salonii & Veroni, postea eporũ, obscura q̃q; sctãrũ cap'la scripturarũ. Sed & Cassiani q̃dã opuscula lato tẽsa sermone, angusto reuoluens verbi tramite, in vno coegit volũie, aliaq; tã eccl'iasticis studiis q̃s monasticis necessaria. Moritur Valentiniano & Martiano regnãtib9.

VIncentius natione Gallus: apud monasteriũ i Lerinensi insula presbyter, vir in scripturis sanctis doctus & noticiæ ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus: composuit ad euertenda hæreticorum collegia nitido & aperto sermone validissimã disputationem, quam abscõso nomine suo, attitulauit, peregrini aduersum hæreticos: cuius operis quia secundi libri maximam in schedulis partem, a quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu primo compegit, & in vnum librum ædidit.

Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.

Syagrius scripsit de fide aduersum præsumptuosa hæreticorum vocabula, q̃ ad destruenda vel immutanda sanctæ Trinitatis nomina vsurpata sunt, dicentium patrem non debere patrem dici, ne in patris nomine filius consonet, sed ingenitum & infectum ac solitariũ nũcupandum: vt quicquid extra illũ i persona est, extra illũ sit in natura, ostendens & patrem quidem posse dici ingenitũ: licet scriptura nõ dixerit: & ex se genuisse in persona filiũ nõ fecisse, & ex se protulisse in persona spiritum sanctum, nõ genuisse necq; fecisse. Sub huius Syagrii nomine. vii. de fide & regulis fidei libros prætitulatos inueni: sed quia lingua variantur, non eius credidi esse.

Isaac presbyter Antiochenæ ecclesię, scripsit Syro sermone longo tempore & multa, præcipua tamen cura aduersum Nestorianos & Eutychianos: ruinam etiam Antiochiæ elegiaco carmine planxit, coauditores imbuens sono quo Ephrem diaconus Nicomediæ lapsum. Moritur Leone & Maiorano regnantibus.

Saluianus Massiliensis presbyter diuina & humana litteratura instructus, & (vt absq; inuidia loquar) episcoporum magister scripsit scholastico & aperto sermone multa: ex quibus ista legi, de virginitatis bono ad Marcellum presbyterum libros tres, aduersum auariciam libros. iiii. de pręsenti iudicio libros. v. & pro eorum merito satisfactionis ad Salonium episcopum librum vnum, & expositionis extremę partis Ecclesiastis ad Claudianum episcopum Vienẽsem librũ vnum: epistolarum librum vnum, & in morẽ græcorum, de principio Genesis vsq; ad conditionem hominis composuit versum quasi hexametrum librum vnũ. Homilias episcopis factas multas: sacramẽtorum vero quãtas nec recordor. Viuit vsq; hodie in senectute bona.

Paulinus composuit tractatus de vitio quadragesimæ, e quibus ego legi duos. De die dominico Paschæ. de obedientia. de pœnitentia. de Neophytis.

Hilarius Arelatẽsis episcopus, vir sanctis scripturis doctus, paupertatis amator: & erga inopum prouisionem, non solum mẽtis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus fuit. Nã pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas homo ge

nere clarus, & longe aliter educatus exercuit, sed nec in spiritalibus nēglexit. Nā & in docendo gratiā habuit, & absq; personarū acceptione oībus castigatū op⁹ prædicatiōis ingessit. Ingenio vero īmortali aliqua & parua ædidit, quę eruditæ animæ & fideli linguæ indicio sunt: in quibus præcipua & ad multorum vtilitatem necessario opere vitam sancti Honorati decessoris sui composuit. Moritur Valentiniano & Martiano imperatoribus.

LEo vrbis Romæ episcopus, scripsit ad Flauianum Constantinopolitanæ episcopū aduersū Eutychen presbyterū, qui tūc ābitione episcopatus noua in ecclesiam moliebatur inducere epistolā: in qua admonet eum, vt si confiteretur errorem, & polliceretur emendationem reciperet eum. Si autem persisteret in incepto, cum sua hæresi dānaretur. Simul docet in ipsa epl'a & diuinis confirmat testimoniis dn̄m Iesum xp̄m sicut paternę diuinitatis verū filiū: ita verum humanæ naturæ esse hominem credendum. i. ex carne virginis carnem traxisse, & nō de cœlo corpus sibi exhibuisse: sicut & Eutyches asserebat. Moritur Leone & Maiorano imperatoribus.

MOchimus Mesopotamen⁹ apd̄ Antiochiā presbyter: scripsit aduersum Eutychen egregium librum, & alia scribere dicitur quę needum legi.

TImotheus extincto ab Alexandrinis Protherio ep̄o: tumultuante adhuc plæbe, aut voluit, aut passus est se ab vno episcopo in locū occisi episcopi fieri ep̄m. Et ne contra legē factus merito abiicere tur ad gratiā plæbis, quæ Protherium exosum habuerat, omnes quibus ille communicauerat Nestorianos esse pronūciauit: & maculā conscientiæ temeritate abluendā præsumens. scripsit ad Leonem imperatorem libellum valde suasorium quem prauo sensu patrum testimoniis intantum roborare conatus est, vt ad decipiēdum imperatorem, & suam hæresim confortandam pene Leonem vrbis Romæ episcopum, & Chalcedonensem synodum, ac totos occidentaliū episcopos illorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed fauente deo a Chalcedonensi concilio hostis ecclesię coargut⁹ est & cōfutat⁹. Viuere adhuc in exilio iā hæresiarches dicit̄ & habet̄, Hūc ipsum libellū cognoscēdi gr̄a, ego rogatus a fratrib⁹ in latinū trāstuli & cauēdū p̄titulaui.

ASclepius Afer in Baiensi territorio vici nō grādis eps, scripsit aduersū Arrianos: & modo aduersū donatistas scribere dicit in docendo autem ex tempore grandi opinione celebrator.

PEtrus edessenæ ecclesiæ psbyter declamator isignis: variarū causarū tractat⁹ & i morē sctī ephrē diacōi psalmos metro cōposuit.

PAul⁹ psbyter natiōe(vt ex dictis ei⁹ cognoui)Pānoniæ, scripsit de virginitate seruāda & cōtēptu mūdi, ac vitę institutiōe vel morū correptione mediocri sermone, sed diuino cōditos sale libros duos ad psonā cuiusdā nobilis, & xpo deditę virginis Cōstātia noīe: i quibus meminit Iouiniani hæretici & voluptatū ac libidinum prædicatoris: cui intantum continentis & castæ vitæ institutio contraria fuerat: vt inter luxuriosas epulas animā eructaret.

PAstor episcopus, cōposuit libellum in modū symboli paruum, totā pene ecclīasticā credulitatē p sentētias cōtinētē: i quo īter cęteras dissensionū prauitates, quas ptermissis auctorū vocabulis anathematizat. Priscillianus cum ipso auctore damnat.

VIctor Cartēnæ Mauritaniæ ciuitatis eps, scripsit aduersum Arrianos librū vnū & lōgū: quē Gēserico regi p suos audiēdū obtulit: sicut ex pemio ipsi⁹ libri didici. Scripsit & de penitētia publicani librū. In q & regulā viuēdi pœnitētib⁹ iuxta scripturarū auctoritatē statuit: & ad Basiliū quēdā sup morte filii cōsolatoriū libellū spe resurrectiōis pfecta instructiōe munitū. Homilias etiā cōposuit multas, qs a fratrib⁹ salutis ppriç sollicitis in libris digesta seruari cognoui.

VOconius Castellani Maritaniæ oppidi episcop⁹, scripsit aduersus ecclesiæ inimicos iudæos Arrianos & alios hęreticos. Composuit etiam sacramentorum egregium volumen.

MVsæus Massiliensis ecclesiæ presbyter, vir in diuinis scripturis doctus, & in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoq; Scholasticus, hortatu sancti Venerii episcopi excerpsit ex sanctis scripturis lectiones totius anni, festiuis aptas diebus: responsaria etiam psalmorum capitula, tempori & lectionibus congruentia: quod opus tam necessarium ad lectores in ecclesia probatur: vt expetitum, & sollicitudinem tollat & moram plæbiq; ingerat sciētiam celebritatē decorem, sed & ad personam sancti Eusta-

sui episcopi successoris supradicti hominis dei, composuit sacramentorum egregium non paruum volumen per membra quidem opportunitate officiorum & temporum, pro lectionũ textu psalmorumq́ serie: & decantatiõe discretũ, sed supplicandi deo & contestandi beneficiorum eius soliditate sui consentaneum: quo opere grauissimi sensus & castigatę eloquentię agnouimus virum. Homilias etiam dicitur declamasse quas & haberi a fidelibus viris cognoui, sed ego non legi. Moritur Leone & Martiano regnantibus.

VIncentius presbyter, natiõe Gallus, in diuinis scripturis exercitatus, linguam habens vsu loquendi & maiore lectione politam: cõmentatus est in psalmos: cuius operis legit aliqua sancto homini dei Canati me audiente, promittens simul si dominus vitam & vires daret, se in toto Psalterio eodem studio laboraturum.

CYrus genere Alexandrinus, arte medicus & ex philosopho monachus, vir dicendi peritus. scripsit aduersus Nestorem eleganter & fortiter. Modo autem dum in illũ nimius inuehitur, & syllogismis magis q̃ scripturis agit, Timotheanum dogma fouere cœpit. Deniq́ ambiguusq́ etiam suis suspendit animum a consensu Chalcedonensis decreti, nec acquiescendum putat filium dei duabus post incarnationem constare naturis.

SAmuel Edissenæ ecclesiæ p̃sbyter, multa aduersus ecclīæ inimicos Syro sermone construere dicit̃: præcipua tamen intẽtiõe cõtra Nestorianos & Eutychianos, & Timotheanos nouellos, sine ad diuersos hæreticos, vñ & frequenter triformẽ bestiã & ecclīastica isemel sẽtẽtia cũ auctoritate sc̃tarũ scripturarũ summitate ferit: ostẽdẽs Nestorianis deũ in hoie, non purũ hoiem ex virgine natũ. Eutychianis verã hũani gñis carnẽ a deo assũptã & nõ de cœlo exhibitã: nec crassi aeris substantiam in carne formatam. Timotheanis ita verbũ carnẽ factũ: vt manẽte verbo ĩ sua substãtia, & hoie in sua natura, societate, nõ immixtione vnam filii dei reddidisse personam. Viuere adhuc apd̃ Constantinopolim dicitur. nam initio collati anthemio imperii, & scripta eius, & esse eum in carne cognoui.

CLaudianus Vienensis presbyter, vir ad loquendum artifex, & ad disputandum subtilis, composuit tres de statu vel de substan

tia animæ libros, in quibus agit intentionẽ, quatenꝰ ostendat aliquid incorporeum præter deum.

PRosper homo Aquitaniæ regionis sermõe scholasticꝰ, & assertionibꝰ neruosus, multa cõposuisse dicitur. Ex quibꝰ ego chronica nõis illiꝰ ꝑtitulata legi: cõtinentia a primi hõis cõditione iuxta diuinarũ scripturarũ fidẽ vsq; ad obitũ Valẽtiniani augusti, & captiuitatem vrbis Romæ a Genserico Vuandalorũ rege factam. Legi & librũ aduersus opuscula suppresso nomine Cassiani, quæ ecclesia dei salutaria probat, ille infamat nociua. Re enim vera Cassiani & ꝓsperi de gratia dei & libero arbitrio sententiæ in aliquibus sibi inueniuntur contrariæ. Epistolæ quoq; papæ Leonis aduersum Eutychẽ de vera christi incarnatione ad diuersos datæ, ab ipso dictatæ creduntur.

FAustus ex abbate Lerinensis monasterii apud regnum Galliæ episcopus factus, vir in diuinis scripturis satis intentus, ex traditione symboli occasione accepta cõposuit librum de Spiritusancto, in quo ostendit eum iuxta fidem patrum & consubstantialem & coæternalem esse patri & filio, ac plenitudinem Trinitatis obtinentem. Edidit quoq; opus egregium de gratia dei qua saluamur, & libero humanæ mentis arbitrio in quo saluamur, in quo opere docet gratiam dei semper & inuitare & præcedere, & iuuare voluntatem nostram: & quicquid ipsa libertas arbitrii pro labore pie mercedis acquisierit, non esse proprium meritum, sed gratiæ donum. Legi eius & aduersum Arrianos & Macedonianos paruum libellum, ĩ quo coessentialẽ prędicat Trinitatem, & alium aduersus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeũ. In quo & diuinis testimoniis & patrũ confirmat sententiis, nihil credendum ĩcorporeum præter deum. Est eius epistola in modum libelli ad diaconum quẽdã gratũ noĩe ædita, qui a fide catholica discedens, ad Nestorianam abiit impietatẽ. In qua epistola admonet eum credere sanctam Mariam virginem non purũ hominem genuisse, qui postea susciperet diuinitatem, sed deum verũ & hominem verum. Sunt eius & alia scripta, quæ quia necdum legi nominare nolui, viua tamen voce egregius doctor, & creditur & probatur. Scripsit postea & ad Felicem præfectum prætorio & patriciæ dignitatis virũ, filiũ magni cõsulis iã religiosũ epl̃am ad timorẽ dei hor

tatoriã couenîêtê psonis pleno animo pœnitêtiã agere disponêtiũ.

SErnus dei episcopus, scripsit aduersum eos qui dicunt christum in hac vita degentem non vidisse carneis suis oculis patrem, sed post resurrectionem ex mortuis & ascensionem in cœlis, cum transla-tus est in gloriam dei patris, profectũ.s.ei dãtis & remuneratione mar tyrii, in qua scriptura ostendit & disputatione sane sanctarum scriptu-rarum testimoniis, dominum Iesum ab ipso eius conceptu per spiri-tum sanctum facto & partu ex virgine, quod deus verus i homine ve-ro, ipse quoq; homo deus factus natus est, semper carnis suæ oculis & patrem vidisse spiritum sanctum per specialem & vnitam dei & homi nis societatem.

VIctorius natiõe Aquitanic?, calculator scripturarũ scrupulo sus, inuitat? a sctõ Hilario vrbis Romæ epo; cõposuit Pascha le cursum indagatione cautissima, post qttuor priores, qui cõ posuerãt Hippolytum, Eusebium, Theophilum & Prosperum, & pro tendit annorum seriem vsq; ad annum quingentesimum tricesimũ se cundum, ita vt quingentesimo tricesimo tertio anno reincipiat pascha lis solennitas eodem mense & die eademq; luna, quę primo passionis ac resurrectionis dominicæ anno facta est.

THeodoretus Cyriæ ciuitatis episcopus (a Cyro enim rege Persa rum condita, seruat hodieq; apud Syriã nomẽ auctoris) scripsis se dicitur multa: ad meam noticiam tamen ista sunt quæ venerunt. De incarnatione domini aduersum Eutychen presbyterum & Dioscorũ Alexandriæ episcopum, qui humanam in christo carnem fuisse ne-gant: scripta fortia, per quæ confirmat & ratione & testimoniis scri-pturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse. quã ex matre virgine sumpsit: sicut & veram deitatem, quam æterna nasci-bilitate deo patre gignẽte, ipse nascẽdo accepit. Et decẽ historię ecclesi asticæ libris, quos imitatus Eusebium Cæsariensem conscripsit, a fine librorum Eusebii vsq; ad suum tempus. i. a vicennalibus Constanti-ni vsq; ad imperiũ Leonis senioris deduxit, sub quo & mortuus est.

GEnnadius Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopus, vir lin-gua nitidus & ingenio acer: tam diues ex lectione antiquorũ fuit, vt Danielem prophetam ex integro ad verbum cõmen

tatus exponeret. Homilias etiam multas composuit. Moritur seniore Leone imperium tenente.

Theodoret⁹ in Cœlesyria p̄sbyter multa cōscripsit. sed ad me liber ei⁹ venit, quē de cōsonātia diuinæ scripturæ cōposuit. i. veteris & noui testamēti aduersus antiq̄s hęreticos. Qui ꝑpter differētiā p̄ceptorū vel cerimoniarū: aliū veteris testamēti deū dixerūt, aliū noui. In quo ostēdit dispēsatiōis fuisse vni⁹ eiusdēq; dei auctoris vtriusq; scripturę, vt alia p Moysen antiq̄s lex daret̄ in sacrificiorū cerimoniis & iudiciorū animaduersionib⁹: alia bis p christi pręsentiā in sacris mysteriis & futuris repromissiōib⁹: nec diuersa credi debere, aut nō vno spiritu & vno auctore dictata, cū illa quæ si modo secundū litteram obseruarētur occideret, eadem ipsa secūdū spiritū intellecta viuificēt. Moritur hic scriptor ante trienniū regnante Zenone

IOānes Antiochiæ parrochiæ ex grāmatico p̄sbyter, scripsit aduersum eos qui in vna tantū substātia adorādū asserunt christū, nec acquiescūt duas in christo cōfitēdas naturas: docēs secūdū reuelatione scripturarū vnā in illo dei & hominis esse ꝑsonā, nō vnā carnis & verbi naturā, & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini episcopi sētētias: docēs icaute ab illo aduersū Nestorē ꝑlatas q̄ nūc fomētū sūt, & robur addūt Timothianis. qđ valde inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur & ex tempore declamare.

BEATI HIERO. PRESBYTERI AD DESIDERIVM quem ad loca sancta visenda & mutuū aspectum inuitat, & quædam de opusculis suis, & maxime de libro virorum Illustrium eloquitur, quod ipsi lib. subdidimus.



Lecto sermōe dignatiōis tuæ: quē mihi nō opināti tuā beniuolentia tribuit, gauis⁹ q̄dē sū testimonio honesti & eloquētissimi viri: sed i me met reuersus satis dolui me īdignū tātis laudib⁹ atq; p̄conio, opprimi potius q̄ leuari. Scis enī dogma nr̄m humilitatis tenere vexillū & p ima gradiētes ad sūma nos scādere. Quot⁹ igit̄ ego vel quāt⁹ sū: vt eruditæ vocis merear testimōnū: vt mihi ab eo palma eloquētiæ deferat̄ q scribēdo disertissime deterruit ne scriberē? Verū tñ audiēdū ē, vt charitas q̄ nō q̄rit q̄ sua sūt, sed q̄ ꝑximi: reddat saluta

tionis officia, quoniam locum implere non valet praeceptoris, gratu lor tibi & sctae atq; venerabili sorori tuae Serenillae, q̃ feronomos calca tis fluctibus sęculi, ad xp̃i tranquilla puenit: quaęq; hoc noīs vaticinio in te praedestinatum sit. Legimus enim sanctum quoq; Danielem ap pellatum desyderiorum virum & amicum dei, quia mysteria eius scire desyderauit. Itaq; ꝙ venerabilis Paula, me est deprecata vt facerē, mo do facio, hortorq; & precor per domini charitatē, vt nobis vestros tribuatis aspectus, & per occasionem sanctorum locorum, tanto nos ditetis munere. Certe si consortia nostra displicuerint, adorasse vbi steterunt pedes domini pars fidei est, & quasi recētia natiuitatis & cru cis ac passionis vidisse vestigia. Opusculorum meorum quia plurima euolauerunt de nidulo suo, & temerario ęditionis honore vulgata sūt, nihil misi, nec eadem forsitan mitterem q̃ habebas. Quod si exem plaria libuerit mutuari, vel a sancta Marcella quae manet in Auentino, vel a Loth temporis nostri, Dōnione viro sanctissimo accipere pote ris. Ego autem operiens praesentiam tuam, aut totum tibi dabo cum affueris: aut si hoc aliquae impedierint difficultates, quaecūq; praece peris, libēs mittam. Scripsi librū de illustribus viris ab apostolis vsq; ad nostram aetatem, imitatus trāquillum graecūq; Apolloniū, & post catalogum plurimorum, me quoq; in calce voluminis quasi abortiuū & minimum omnium christianorū posui, vbi mihi necesse fuit vsq; ad.xiiii. annū Theodosii imperatoris & principis quae scripserim bre uiter ānotare: quem librum cū a supradictis sumpseris, quicquid de in dice minus habueris, paulatim scribi faciam si volueris.

BEATI HIERONIMI PRESBITERI AD DESIDERIVM de praecipuis ecclesiasticis scriptoribus & eorum commentariis, vbi singulorū effert ingenia, insinuās in quo quiq; defecerit.



Is nunc acriter mi frater Desideri, vt tibi quasi de lu minaribus quae toto firmamento mundi refulgent: pauca de scriptorib9, qui nobis multa de obscurita tibus, quae propter carnalem mentem intelligentiā impediunt, ad splendorem considerationis spiritalē proferre potuerunt, manifestissime dicā. Sed vereor

Susannae Helchiae filiae, ne in me sententia iniquo iudicio presbyterorum impleatur: dicenti, Angustiae mihi vndiq; sunt, & mihi similiter sunt angustiae. Si enim voluero aliquem ex his reprehendere, aduersarios atq; inimicitias mihi vndiq; concitabo. Si autem noluero, nunq̄ quae postulasti inuenies. Sed vnius tantum voluntatem condēnare q̄ multorum consilia transire vel despicere, melius esse videtur: quia vnusquisq; eorum in scripturis sanctis diligenter laudari meruit, sed omnes breuiter leuiterq; cū omni amore tangā vt vtrunq; pacifice impleā.

AVgustinus episcopus, volās p montiū cacumina quasi aquila, & ea q̄ in radicibus montiū fiant non considerās, multa coelorum spacia, terrarūq; situs, & aquarum circulum claro sermone pronūciat. Qui enim in lignum fructuosum ascendere vult, paulatim ad superna & maiora carpere poma festinat: ramos autem proximos paruulis relinquit. Nos autem qui paruuli sumus, infirmiq; atq; iuniores: si inferiora congregare valuerimus nobiscum bene agetur.

HIlari9 eps Romanorū, Lucifer .i. lucerna ecclīaꝝ & p̄ciosus lapis, ad quē mortalia vix ascendūt pulchro sermone aureoq; ore vniuersa loquitur. Et si enim aliqua secus viam cecidisse potuissent, tamen ab eo in scripturis messis exorta est magna.

ORigenes adamantius, altiora atq; maiora cogitans, propriumq; ingenium ferre non sufficiens, dum loquitur, per aliud se subnectit. Et cum haec nimio mentis ardore cogitasset oneribus maioribus carricabat se, & cum sic incedere non posset, ruina magna illuc deuolutus est, vt ruina eius pateret doctrinas per aliquas seductiones ineptas; multosq; de via recta in aliam viam perduxit: & venenum eius quasi tinnulis vocibus, syrenarumq; cāticis plures necare potuit. Melior omnibus in bonis: peior in malis. Aliqua vero per eum secus viam seminata sunt: multi tamen aliquos eius pessimos discipulos, multa venenosa sub eius nomine ędidisse testantur.

EVsebius Cęsariensis clauis scripturarū, custosq; noui testamēti, multis maior in cōscriptionib9 a gręcis cōprobatur. Scripsit q̄tuor canones euāgeliorū, & vndeci libros historię eccl'iasticę, q nouū testamētum narrant atq; custodiunt, & χρονικὸν .i. tēporū breuiariū. Haec tria sunt praeclara quae hoc in operibus eius testantur, & nos om

nia eius vestigia qui imitari potuisset, nunq̄ reppерimus.

HElidorus presbyter, domum amplissimam per modicum foramen respiciens, tentansq; ostia conclusa clauesq; non habēs: vix pauca ad lucē prodere cōualuit, sed quę potuit narrare fideliť narrauit.

AMbrosius frater, profundorum penna raptus, & aeris volucer, q̄ṗdiu in profundum ingreditur, fructum de alto capere videť. Et omnes eius sententiæ, fidei ecclesiæ, & omnium virtutum firmæ sunt columnæ,

DArdanus multas quæstiones arripiens per mentis astutiam, nucemq; circa nucleum non confringēs. multa impossibilia de scripturis cum fiducia loquitur.

PAulino visum est magistrum fieri: & non erat ante discipulus, & fructum sine radice oriri fieriq; tentauit. Ideo eius conscriptiones scriptore & charta non indigent.

PElagius de quo apud fideles sermo est, de quo etiam & mihi grauis causa disputationis eius verborum pene in toto orbe annunciata est: quem omnes ecclesiæ quasi lupum de silua mirantur: aureum colorem super nigrum venenum componens, fontem dulcem primi mellis, amaritudinis maliciæ commiscuit.

IOuinianus lęta facie, & corde aspero, potu dulcissimo felle commixto multos potauit: & contrarias sententias per odium occasionum christianis proferens composuit: & me(quāq; in omnibus laboriosum) assidue quæstionibus infinitis afficit & vexat.

IVlius Africanus, cuius vestigium omnes orientales australesq; diligenter vnanimiterq; in Danielis hebdomadib⁹ inuestigāt: vniuersa temporum spacia cum omni peritia iugiq; sermone construxit: & nulla oībus q̄ sunt per eū in toto orbe vnq̄ data est cōtradictio.

FAuonius a multis culpabilis, dura sententia fortiterq; vniuersa difficillima ingerere conatus est: quasi qui contra vndas maris nauigare non potest, vel contra impetum torrentis aque natare nō valet: ita cuncta quæ scripsit contra scripturas sanctas, obstare non poterant. Ideo quasi vmbra secus hominem sunt.

HIlarius Pictauorum Aquitanię episcop⁹, factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Byterensi i Phrygiam relegat⁹ duo

decim aduersus Arrianos cōfecit libros. Et alium librum de synodis, quem Galliarum episcopis scripsit & in psalmos tres commentarios primum videlicet & secundum: & a centesimo decimooctauo vsq; ad extremum. In quo opere imitatus Origenem: nonnulla etiam de suo addidit. Est eius ad Constantium libellus: quem viuenti Constantinopolim direxit, & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit, & liber aduersus Valentem & Vrsatium, Ariminensis & Seleucensis synodi historiam continens: & ad præfectum Salustium siue contra Diascorum. Et liber hymnorum & mysteriorum: alius & cōmentarius in Matthęum: & tractatus in Iob, quos de græco Origenis ad sensū transtulit. Et alius elegans libellus contra Maxentium, & nonnullę epistolæ ad diuersos. Aiunt quidam scripsisse eum & in Canticum canticorum, sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus.

DAmasus Romanæ vrbis episcopus, elegans in versibus componēdis ingenium habuit. Multaq; & breuia metra ædidit, & prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.

GRegorius Nazianzenus episcopus vir eloquentissimus præceptor meus, ex quo scripturas explanante didici, ad triginta milia versuum omnia sua opera composuit: ex quibus illa sunt de morte fratris Cypriani, laudes Athanasii, laudes Maximi philosophi post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Herona subscripserunt, quia est & alius liber vituperationem eiusdem Maximi continēs: quasi nō licuerit eundem laudare & vituperare pro tempore. Et liber hexametro versu virginitatis & nuptiarum contra se differentium. Aduersum Eunomium libri duo. Et de spiritusancto liber vnus. Contra Iulianum imperatorem liber vnus. Secutus est autem Polemonem dicendi charactere: viuoq; se episcopum in loco suo ordinans, ruri vita monachi se exercuit: decessitq; hoc ante ferme triennium sub Theodosio principe.

FINIS.

GENNADII CATALOGVS VIRORVM ILLVSTRIVM INDEX.

FINIS.

NOMINA MAGISTRATVVM DIGNITATVM QVE VETERVM ROMANORVM.



Rimo imperium Romanum reges habuere, quorum primus fuit Romulus, secūdus Numa Pompilius, tertius Tullus Hostilius, quartus Ancus Marcius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Seruius Tullius, septimus Tarquinius superbus. Post cuius exactionem cōsules creati sunt. Senatus erat societas ac collegium senatorum qui centum primo numero per Romulum stabiliti sunt. deinde regibus exactis senatus numero ducentū adductus est, & omnes patres cōscripti nominati sunt siue ætate, siue causa, siue multitudine. ꝙ sicuti parentes liberos, ita ipsi rempublicam regebāt. eorum dignitas tota eorum vita perdurabat, eorumqꝫ filii Patricii dicebantur.

Consules duo erant & eorum officium anni spacio perdurabat, anno completo populus Romanus congregabatur in campo Martio in comitiis, & de consulibus eligendis pertractabat. Officium consulum id erat, exequi diligentia. et opera voluntatem & iussa senatus eis data potestas erat damnandi atqꝫ absoluendi: quemqꝫ consulem duodecim homines secures manibus gestantes præcedebāt, & hilictores appellati sunt. Dictator erat officialis populi Romani qui supra cæteros magistratus præferebatur honore atqꝫ potentia, quoniam nemini fas erat de sententia dictatoris querelam agere aut sibi contradicere: nec dictator eligebatur nisi vbi maxima necessitas ad hoc agendū rē publicam coegisset. Quilibet etiam dictator sub se magistratum militum habebat quē ipse sibi elegisset, dictatura sexto mense finiebat. citius tamen aliquando aut tardius prout periculi & necessitas exposcebant. Imperator is dicebatur qui perdurante bello preerat exercitui factus cōmuni concordia vel consul vel dictator vel quispiam alius magistratus. Et quilibet imperator vel dux in suo exercitu officiales habebat qui legati dicebantur. Hi omnibus aliis ante positi, vbi imperator interesse non poterat, eius vice potiebantur.

Tribūi plebis erāt officiales ad plebis tutamē pcreati. Hi liberi erāt & exēpti ī vrbe & extra vrbē Romā ī p vnū miliare, & sacrosācti dicebā

tur. Et si quis magistrat9 ali9 eos cõtumelia vlla affecisset. trũca ei9 cer-
uix in tẽplo Iouis cõsecrabaᵗ, quorũ ministri seu satellites viatores ap
pellabantur. Prętor erat officialis qui iustitiã populo tribuebat: malos
cohercebat, ĩnocuę viuẽtes tutabaᵗ, sicut potestates, siue prępositi, siue
balliui faciũt. Et id officiũ ideo reptũ est, quia in bellis cõsules admo-
dũ occupati iuri reddẽdo vacare nõ poterãt. Pręfect9 erat magistrat9
cui9 erat munire ac ꝓuidere necessitatib9 reipublicę tum annone ac re-
staurare oẽs defect9 vrbi aduenĩetes: & cũ sup̃iores magistrat9 vrbe
excesserãt, is sũm9 administrator cũ rege manebat. Põtifices dicebanᵗ
principes Antistitũ & sacrorũ Augurrorũ, inter quos vnus summus
Pontifex maximus siue pontificum rex & sacrorum habebatur.

Cẽsores erãt magistrat9 maximę auctoritatis & prudẽtię. horũ cu-
ra fuit ęstimatiões, statheras, põdera, vias, ornamẽta, cęteraq́ ciuitatis
& suburbiorum & municipiorũ vrbi finitimorũ vt debite haberenᵗ
ꝑtractare vrbis & ciuiũ impẽsas sup̃uacuas resecare morib9 ꝑesse. Hi
magistrat9 initio suo quĩquẽnio ꝑdurabãt, postea decẽ & octo mẽsiũ
termin9 sibi statut9 est. Quęstorũ erat officiũ inquerere reipublicę ratio
nes vrbis Romanę vectigalia ꝓuectusq́ exigere: cõtrouersię ciuiũ his
corã agebanᵗ: ab his q̃stionib9 & litib9 finis aut sentẽtiis aut aliter im-
ponebaᵗ. Interrex erat officialis cui plena & integra potestas erat eli-
gẽdi magistrat9, qui disceptationis vi comitiis eligi nõ poterãt. Ea di
gnitas sicut populi volũtate dabaᵗ, ita ꝑdurabat & facta electione cessa
bat. Ediles erãt officiales quib9 cura tẽplorũ cõmittebaᵗ, põderũ men
surã & a sordibus expurgandę ciuitatis multarumq́ rerum aliarum. Se
debant in curulibus. Controuersię de vsuris eis coram agebãtur, loca
tantum publica & respublicas, nihilq́ priuatum curabant.

Chiliarchi mille militib9 p̃sidebãt: cẽturiones cẽtũ militib9 p̃erãt.
Decuriones decẽ militũ prĩcipes habebanᵗ. Popul9 dicebaᵗ vniuersa
collectio ciuiũ Romanoꝝ: plęriq́ tamẽ opinanᵗ, neq́ Senatores, neq́
patricios in populo numerari. Plębs populi pars erat ex abiectiorib9
cõstãs scilicet popul9 minut9 cui9 tribuni plębis tutores erãt. Comitiũ
dicebaᵗ electio magistratuũ siue officialiũ. Itẽ loc9 & tẽp9 electionis co
mitia dicebanᵗ. Magistratus gñaliter dicebaᵗ q̃libet dignitas aut offi
ciũ Romanorũ, quãq̃ interdũ officialẽ aut officialiũ collectionẽ desi-

gnat. Milites gñaliter dicebant quicūq; iureiurādo accepto militiam peragebant, siue pedites siue equites ꝓficiscerent. Turma siue ala erat trigita equitū cōtuberniū: sicut manipulus decē militū erat cōsortiū.

Legio erat cet⁹ militū ordinat⁹ a sex milib⁹ in septē milia nō vltra ꝓcedēs: quāq; pleriq; numerū sex miliū sexcētorū, & sexagita sex miliū bellatorū Legioni ascribāt: quorū sexagīnta sex erāt officiales. Cohors erat cet⁹ quingētorū militū armatorū. quidā tamē dixerūt ꝙ nō nisi ex quinquaginta cōstabat. Cornua sunt extremitates acierum pugnantū & hostiū. Triūphus dicebat summus honor qui Romanis imperatorib⁹ exhibebat qui strēnue pugnādo hostes ingenti clade pro strauerāt. Ouatio erat honor qui illis fiebat, qui egregie pugnādo nō nimis clarā victoriā reportauerant. Iusticium erat tempus quando iura in vrbe Romana nemini reddebantur. periculosis reipublicę tempo ribus & dubiis certaminibus: sed iura claudebantur & iurgia tacebāt quousq; instans periculum tolleretur.

Priuati ciues dicebantur qui nullū officiū publicū nullū magistratū exercebāt eorū oppositi. i. qui magistratū exercebāt publici vocabant. Colonia erat cet⁹ aut multitudo ciuiū trāsmissa iussu senat⁹ ad inhabitādū ciuitates alienas aut grā custodiēdi aut possidendi, & hi noui habitatores Coloni dicebant. Lex erat ppli Romani cōstitutio. Senatuscōsultū erat decretū a senatu cōstitutū. Plębiscitū erat cōstitutio cōsensu plębis a tribunis ordinata. Decretū dicebat impatoris edictum. Et quodlibet hoꝝ vim legis obtinebat. Et similr sicut lex firmiter seruabantur edicta prętoris pręfecti cēsorum quęstorum & edilium.

Ciues Romani iterim trib⁹ noib⁹ vocabant: sicut Publi⁹ Corneli⁹ Scipio. Vnde etiā vt quidā aiūt primū est ꝑnomē, secūdū nomē, tertiū cognomē vel agnomē. Et quia in Romanis hystoriis sępi⁹ noīa breui notant, op⁹ est scire ꝙ p A. aul⁹ intelligit. p Ap. appius. p Fl. flauius. p. M. marcus. p. S. sextus. p. T. titus. p. C. celius. p. G. gaius. p. P. publ⁹. p. D. decius. per. L. lucius. per. Q. quintus. per. Sp. spurius. per. R. romanus. p. Pl. plębs. p. Rp. respublica. p. Con. cōsul. p. Se. senat⁹. p. Tr. tribun⁹. p, Se. cō. senatuscōsultū. p. B. brut⁹. p. Iu. iudices. p. Q. quirites.

FINIS.

CORNELIVS NEPOS QVI CONTRA FIDEM VETERIS INSCRIPTIONIS, PLINIVS AVT SVETONIVS APPELLABATVR,

De Proca Rege Albanorũ. Caput primum.



Roca Rex Albanorum Amulium & Numitorẽ filios habuit, quibus regnum annuis vicib9 habẽdum reliquit, vt alternis imperarẽt. Sed Amulius fratri imperium non dedit. Et vt eum sobole priuaret, filiã illius Rheã Siluiam vestæ sacerdotẽ præfecit, vt virginitate perpetua teneretur: quæ a Marte compressa Romulum & Remũ edidit. Amulius ipsam in vincula compegit, paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. Ad vagitum Lupa accurrit. eosq; vberibus suis aluit. mox Faustulus pastor collectos Accæ Laurentiæ coniugi educandos dedit. qui postea Amulio interfecto Numitori auo regnum restituerunt. Ipsi adunatis pastoribus ciuitatem condiderunt, quam Romulus augurio victor, quod ipse duodecim, Remus sex vultures viderat, Romam vocauit. Et vt eam prius legibus muniret q̃ mœnibus, edixit, ne quis vallum transiliret, quod Rem9 irridẽs trãsiliuit. Et a Fabio Celere Cẽturiõe rastro ferẽ occis9.

De Romulo Romanoꝝ Rege primo. Caput. ii.

Omul9 Asylum conuenis patefecit, & magno exercitu facto cum videret cõiugia deesse, per legatos a finitimis ciuitatibus petiit, quibus negatis, ludos & consualia simulauit. ad quos cũ vtriusq; sexus multitudo venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt ex quibus cum vna pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur Thalassio, eam duci responsum est. quæ nuptiæ quia fœliciter cessserant institutum est, vt in omnibus nuptiis Thalassii nomen inuocaretur. Cum fœminas finitimorum Romani rapuissent, primi Cenienses contra eos bellum sumpserunt, aduersum quos Romulus processit, & exercitũ eorũ ac ducem Acronẽ singulari ꝓlio deuicit, spolia opima Ioui Feretrio in capitolio cõsecrauit. Sabini ob raptas, bellum

aduersus Romanos sumpserũt, & cũ Romæ appropinq̃rẽt, Tarpeiam virginẽ nacti, q̃ aquæ causa sacrorũ gr̃a hauriẽdæ descẽderat, ei Titus Tatius optionẽ muneris dedit, si exercitũ suũ in capitoliũ pduxisset. Illa petiit, quod illi in sinistris manib⁹ gerebãt, videlicet anulos & armillas, qb⁹ dolose repromissis Sabinos iarcẽ pduxit. vbi Tit⁹ Tati⁹ scutis eã obrui pcepit. Nã & ea i leuis habuerãt. Romul⁹ aduers⁹ Tatiũ q mõtẽ Tarpeiũ tenebat, pcessit, ac i eo loco vbi nũc Romanũ for₂ est pugnã cõseruit. Ibi Hosti⁹ Hostili⁹ fortissime dimicãs cecidit: cui⁹ itẽ ritu cõsternati Romani fugere ceperũt. Tũc Romul⁹ Ioui statori ædẽ vouit. & exercit⁹ seu forte seu diuinit⁹ restitit. Tũc raptę i mediũ pcesserũt. Et hic p̃res idẽ cõiuges dep̃catę pacẽ cõciliarũt. Romul⁹ fœd⁹ p cussit, & Sabinos i vrbẽ recepit, pp̃lm a Curib⁹ oppido Sabinorũ q rites vocauit. Cẽtũ senatores a pietate p̃res appellauit. Tres eq̃tũ centurias istituit, q̃s a suo noie Rãneses, a Tito Tatiẽses, a Lucumõe luceres appellauit. Plębẽ i trigita curias distribuit, easq; a Raptarũ noie appellauit. Cũ apd̃ capreę Paludẽ exercitũ lustraret nusq̃; cõparuit. Vñ iter p̃res & pp̃lm seditiõe orta Iuli⁹ Procul⁹ vir nobilis i cõtionẽ pcessit, & iureiurãdo firmauit Romulũ a se in colle Quirinali visũ augustiore forma, cũ ad deos abiret eũdẽq; p̃cipe, vt a seditiõib⁹ abstineret: virtutẽ coleret. futurũ vt oĩum gentiũ dñi existerẽt. Hui⁹ autoritati creditũ est ędes i colle Quirinali Romulo cõstituta ipse p deo cult⁹ & Quirinus est appellatus.

De Numa Põpilio Romano₂ rege sc̃do. Cap. iii.

POst cõsecratiõnẽ Romuli cũ diu inter regna dissensiones orirent̃, Numa Põpilius Põponii filius Curibus oppido Sabinorũ accitus, cũ adducẽtibus ciuibus Romã venisset, vt populũ ferũ religione molliret, sacra plurima instituit, ædẽ Vestæ confecit, virgines vestales legit, flamines tres, Dialẽ, Martialẽ, Quirinalẽ, Salios Martis sacerdotes (quorũ primus p̃sul vocat̃) duodecim instituit, Pontificẽ maximũ creauit. Portas Iano Gemino ædificauit. Annũ in duodecim mẽses distribuit, addito Ianuario & Februario. Leges quoq; plures & vtiles tulit. Oĩa q̃ gerebat iussu Egeriæ Nimphæ cõiugis suæ se facere simulãs. ob hãc tãtã iustitiã bellũ ei nemo itulit Morbo solutus, in Ianiculo sepult⁹ est. vbi post multos annos scrinia

cum libris a Terentio quodã exarata. qui libri, quia leues quasdã sacrorum causas continebant, ex autoritate patrum cremati sunt.

De Tullo Hostilio Romanorũ rege tertio. Caput. iiii.

TVllus Hostilius: quia bonam operam aduersus Sabinos nauarat Rex creatus bellum Albanis indixit, quod Trigeminorum certatione finiuit. Albam propter perfidiã ducis Metii Suffetii diruit. Albanos Romã trãsire iussit. Curiã hostiliã cõstituit. Mõtem cœliũ vrbi addidit. Et dũ Numã Põpiliũ sacrificiis imitat: Ioui Elicio litare non potuit. fulmine ictus cũ regia cõflagrauit, cũ inter Romanos & Albanos bellũ fuisset exortũ. ducibus Hostilio & Suffetio placuit rem paucorum certamine finire. Et erãt apud Romanos Trigemini Horatii. Tres apud Albanos Curiatii. quibus fœdere icto cõcurrẽtibus statim duo Romanorũ ceciderũt. Tres Albanorũ vulnerati. Vnus Horatius quãuis itege. quia tribus impar erat fugam simulauit: & singulos per interualla, vt vulnerũ erat dolor interfecit. Et cũ spoliis onustus rediret sororẽ obuiã habuit, q̃ viso paludamento spõsi sui: qui vnus ex curiatiis erat flere cœpit. frater eam occidit. qui apud Duumuiros cõdẽnatus ad populũ prouocauit. vbi patriis lachrymis cõdonatus, ab eo expiandi causa sub tigillũ missus, quod nunc quoq; viæ suppositũ sororiũ appellat. Metius Sufetius dux Albanorũ cũ se inuidiosum apud ciues videret, q bellũ sola Trigeminorũ certatione finisset, vt rem corrigeret Veientes & Fidenates aduersum Romanos icitauit. Ipse a Tullo in auxiliũ accersitus aciẽ in collẽ subduxit. vt fortunã belli experiretur, ac sequeretur. Qua re Tullus itellecta, magna voce ait suo illud iussu Metiũ facere. Quare hostes victi & territi sunt. Postera die metius cũ ad gratulandum Tullo venisset, iussu ipsius quadrigis religatus ac in diuersa distractus est.

De Anco Martio Romanorũ Rege quarto. Cap. v.


Ncus Martius Numę Põpilii ex filia Nepos: ęquitate & religione auo similis: latinos bello domuit. Auẽtinũ & Ianiculũ mõtẽ vrbi addidit. Noua mœnia oppido circũdedit. Syluas ad vsum nauiũ publicauit: salinarũ vectigal istituit. Carcerẽ primus ædificauit. Hostiã Coloniã maritimis cõmeatibus opportunã: in ostio Tyberis deduxit. Ius fœciale: quo legati ad res repe-

tędas vterent̃:ab æquicolis transtulit: quod prius fertur Hesus excogitasse. His rebus intra paucos dies confectis immatura morte preceptꝰ: non potuit præstare qualem promiserat regem.

De Lucio Tarquinio Prisco Romanorū rege. Caput. vi.


Vcius Tarquinius Priscꝰ Lucumo græci Demarathi filiꝰ, qui Coryntho tyrānidem fugiēs in Ethruriam cōmigrauit. Ipse Lucumo dictus: vrbe Tarquiniis profugis, Romam petiit, aduenienti Aquila pileum substulit, & cū alte subuolasset: reposuit. Tanaquil coniux Auguriorꝝ perita regnū ei portendi intellexit. Tarquinius pecunia & industria dignitatē atq; etiam Anci regis familiaritatē cōsecutus, a quo tutor liberis relictus, regnū intercepit, & ita administrauit quasi iure adeptus foret. Centū patres in curia legit qui minorum gentium sunt appellati, equitum centurias numero duplicauit. Noīa mutare non potuit Actii Nauii Auguris autoritate deterritus, qui fidē artis suæ nouacula & cote firmauit. Latinos bello domuit. Circum maximū ædificauit. Ludos magnos instituit. De Sabinis priscisq; latinis triūphauit. Murū lapideū vrbi circūdedit. Filiū annorū tredecim: q̄ in ꝓlio hostē pcussisset, prętexta bulla q; donauit. Vnde hęc puerorū īgenuorū īsignia esse cœperūt, post ab Anci liberis imissis pcussorībꝰ p dolū regno exutꝰ est & interfectꝰ.

De Seruio Tullio Rege sexto. Caput. vii.


Eruius Tullius Tullii Corniculani & Ocretiæ captiuæ filius, cum ī domo Tarquinii Prisci educaretur, flammæ species caput eius amplexa est. Hoc viso Tanaquil summam ei dignitatē portendi intellexit. Coniugi suasit vt eum ita vt liberos suos educaret: qui cum adoleuisset gener a Tarquinio assumptus est. Et cum rex occisus esset. Tanaquil ex altiore loco ad populū despiciens ait. Priscū Tarquinium graui quidem, sed non lethali vulnere accepto petere, vt interim dum conualescit, Seruio Tullio audientes essent. Seruiꝰ Tulliꝰ q̄si pcario regnare cœpit: sed recte iperiū administrauit. Ethruscos sępe domuit. Collē Quirinalē & Viminalē & æsquilias vrbi addidit. Aggerēq; ac fossā fecit. pplm ī q̄ttuor tribꝰ distribuit, ac post plębi distribuit ānonā, mēsuras, pōdera, Classes, Cēturiasq; cōstituit. Latinorum

populis psuasit vti exẽplo eorũ, qui Dianæ Ephesiæ ædẽ fecissent: & ipsi ædẽ Dianæ in Auẽtino ædificarẽt. quo effecto bos cuidã Latino miræ magnitudinis nata est. Respõsũ somnio datũ eũ populũ summã imperii habiturũ, qui prius bouẽ illã imolasset. Latin⁹ bouẽ in Auẽtino egit, & causam sacerdoti Romano exposuit. Ille callidus dixit, pri⁹ viuo cũ flumine manus abluere debere. Latinus dũ ad Tyberim descendit, sacerdos bouẽ imolauit. Ita imperiũ ciuibus, sibi gloriã facto cõsilioq; vindicauit. Seruius Tullius filiã alterã ferocẽ, mitẽ alteram habens: cũ Tarquinii supbi filios pari animo videret, vt omniũ mentes morũ diuersitate leniret, ferocẽ miti, mitẽ feroci in matrimonium dedit. Sed mites seu forte, seu fraude pierũt. feroces morũ similitudo cõiũxit, statim Tarquinius supbus a Tullia incitatus aduocato senatu regnũ repetere cœpit. qua re audita Seruius dũ ad curiã pperauit: iussu Tarquinii gradibus deiectus & domum refugiẽs interfectus est. Tullia statim in forum properauit, & prima coniugem regem salutauit: a qua iussa turba decedere, cum domum rediret, viso patris corpore mulionem euitantem, super ipsum corpus carpẽtum agere præcepit. Vnde vicus ille scelerat⁹ dictus. Postea Tullia cũ cõiuge in exiliũ acta est.

De Tarquinio supbo Romanoꝝ. Rege septimo. Cap. viii.

TArquinius superbus cognomen moribus meruit, occiso Seruio Tullio regnum scelestꝭ occupauit, tamen bello strenu⁹ Latinos, Sabinosq; domuit. Suessam pometiam Volscis eripuit. Gabios per Sextum filium simulato transfugio in potestatem redegit, & ferias latinas primus instituit. Lacus in Circo & Cloacã maximam fecit, vbi totius populi viribus vsus est vnde illæ fossæ Quiritum sunt dictæ. Cum Capitolium iciperet, caput hominis inuenit. Vnde cognitum est eam vrbem caput gentium futuram. Et cum in obsidione Ardeæ fili⁹ ei⁹ Lucretiæ stuprũ itulisset cũ eo in exiliũ act⁹, ad Porsenã Ethruriæ regẽ cõfugit, cui⁹ ope regnũ retinere tẽtauit. puls⁹ Cumas cõcessit, vbi cũ sũma ignominia reliquũ vitæ tẽpus exegit.

De Tarquino Collatino. Caput. ix.

TArquinius Collatinus sorore Tarquinii Superbi genitus, in contubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat. Vbi cũ forte i liberiore conuiuio, cõiugẽ suã vnusq; laudaret, Placuit expiri. Itaq;

equis Romam petunt regias nurus in conuiuio & luxu deprachēdūt. Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Ita ea pudicissima iudicatur: ad quam corrumpendam Tarquinius Sext. nocte Collatiam rediit. & iure propinquitatis in domū Collatini venit, & cubiculum Lucretiae irrupit. Pudicitiam expugnauit. Illa postera die aduocatis patre & coniuge rem exposuit, & se cultro quem veste texerat occidit. Illi in exitium regum coniurarunt, eorūq; exilio necem Lucretiae vindicarunt.

De Iunio Bruto. Caput.x.

IVnius Brutus sorore Tarquinii superbi genitus cum eandem fortunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam ab auunculo fuerat occisus, stultitiam finxit. Vnde Brutꝰ dictus iuuenibus regiis Delphos euntibus ridiculi gratia comes ascitus baculo sambuceo aurum infusum deo donum tulit. Vbi responsum est eum Roma summam potestatem habiturum qui primus matrem oscularetur. Ipse terram osculatus est. Deinde propter Lucretiae stuprum cum Tricipitino & Collatino in exitium regum coniurauit, quibus in exiliū actis primus consul creatus filios suos fratrisq; quod cum aquiliis & vitelliis ad recipiendum in vrbem Tarquinios coniurarant virgis caesos securi percussit. Deinde in praelio quod aduersus eos gerebat singulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congressus ambo mutuis vulneribus occiderunt, cuius corpus in foro positū a collega laudatum, matronae anno luxerunt.

De Horatio Coclite. Caput.xi

POrsena Rex Ethruscorum cum Tarquinios in vrbem restituere tentaret: & primo impetu Ianiculum cepisset, Horatius Cocles illo cognomine q᷑ in alio p̄lio oculū amiserat, p ponte sublicio stetit, & aciem hostium sustinuit, donec pōs a tergo iterrūperet̄, cū quo in Tyberim decidit, & armatꝰ ad suos tranauit. Ob hoc tantū agri publice ei datū, quātū vno die circū arari potuisset: statua q̄q; ei in Vulcanali posita.

De Mucio Sceuola. Caput.xii.

POrsena rex cū vrbē obsideret Mutiꝰ Sceuola Cordꝰ vir Romāe Cōstātię senatū adiit. Et veniā trāsfugiēdi petiit necē regis repromittēs. Accepta potestate, ī castra Porsenę venit, Ibiq; purpuratū p re

ge decept⁹ occidit. Apphensus & ad regẽ ptract⁹ dexterã aris iposuit. Hoc suppliciũ ab eo exigẽs q in ea depeccasset. Vnde cũ misericordia regis distraheret: quasi beneficiũ referẽs ait, trecẽtos aduersum eũ simi les cõiurasse: qua re ille territus, bellũ acceptis obsidib⁹ deposuit. Mu tio prata trans Tyberim data ab eo Mutia appellata: statua quoq; ei honoris gratia constituta est.

De Cœlia virgine. Caput.xiii,

PORsena Cœliam virginem inter obsides accepit, quæ deceptis custodibus noctu castris eius egressa, equum quem sors dederat arripuit. & Tyberim traiecit. a Porsena per legatos repetita, reddita. cuius ille virtutem admiratus, cum quibus optasset in patriam redire permisit. Illa virgines puerosq; elegit, quorum ætatem iniuriæ obno xiam sciebat. huic statua equestris in foro posita est.

De morte Fabiæ gentis. Caput.xiiii.

ROmani cũ aduersum Veientes bellarẽt, eos sibi hostes familia Fabiorũ priuato nomine deposcit & pfecit. Trecenti sex du ce Fabio cõsule fuerũt cũ sæpe victores extitisset, apd Creme tã fluuiũ castra posuere. Veiẽtes ad dolos cõuersi, pecora ex aduerso in cõspectũ eorũ ptulerũt: ad q̃ pgressi Fabii in isidias delapsi ad vnũ oc cisiõe pierũt. Diesq; quo id factũ iter nefastos relat⁹. porta (qua pfecti fuerãt) scelerata ẽ appellata. Vn⁹ ex ea gẽte ppt ipuberẽ ętatẽ domi reli ct⁹ gen⁹ ppagauit, ad Fabiũ Maximũ, q Hãnibalẽ mora fregit. Cũcta tor ab obtrectatorib⁹ dict⁹. De Lucio Valerio publicola. Cap.xv.

VAlert⁹ Volesi fili⁹. Primũ de Veiẽtib⁹, Iterũ de Sabinis, Tertio de vtrisq; gẽtib⁹ triũphauit. Hic quia locũ Tricipitini Collegę subrogauerat, & domũ i Velia tutissimo loco habebat i suspitionẽ re gni affectati venit, quo cognito apd pplm q̃st⁹ est, q de se aliqd tale ti muissent & imisit q domũ suã diruerẽt. Secures etiã fascib⁹ dẽpsit: eosq; i ppli cõtiõe submisit. legẽ de puocatione a magistratib⁹ ad pplm tulit, hic Publicola dictus. Cũ diẽ obiisset publice sepult⁹. Et annuo matronarũ luctu honorat⁹ est. De Aulo posthumio. Cap.xvi.

TArqni⁹ eiect⁹ ad Maniliũ Tusculanũ generũ suũ confugit, q cũ Latio Cõcitato Romanos grauiter vrgeret. Aul⁹ Posthumi⁹ di ctator dict⁹, apud Regilli lacũ cũ hostib⁹ cõflixit. vbi cũ victoria nu

taret magister eqtũ eqs frenos detrahi iussit, vt irreuocabili ipetu ferrent. Vbi & acie Latinorũ fuderũt: & castra ceperũt. Sed iter eos duo iuuenes cãdidis eqs isigni virtute apparuerũt: quos dictator q̃sitos, vt dignis muneribꝰ honoraret, nõ repit. Castorẽ & Pollucẽ ratꝰ cõmuni titulo dedicauit. De Lucio quinto Cincinato. Caput. xvii.

QVintꝰ Cincinatꝰ filiũ Cęsonẽ petulantissimũ abdicauit, q & a cẽsoribꝰ notatꝰ ad Volscos & Sabinos cõfugit: q duce Coelio Gracco bellũ aduersum Romanos gerebant. Et Quintum Minutiũ cõsulẽ in Algido mõte obsidebãt. Quintꝰ dictator dictꝰ, ad quẽ missi legati nudũ eũ arãtẽ trãs Tyberim offenderũt, qui insignibus sumptis cõsulẽ obsidione liberauit, q̃re a Minutio & eiꝰ exercitu obsidionali corona donatꝰ est. Vicit hostes, ducẽ eorũ i deditiõnẽ accepit, & triũphi die ante currũ egit. Sextodecimo die, dictaturã, quã acceperat deposuit, & ad agriculturã reuersus ipse iterũ post viginti annos dictator dictꝰ. Sp. Meliũ regnũ affectãtem a Seruilio Hala magistro equitũ occidi iussit, domũ eius solo æquauit. Vnde locꝰ æquimeliũ dicit. De Menenio Agrippa Romanæ pacis arbitro. Cap. xviii.

MEnenius Agrippa cognomẽto Lanatus, Dux electus aduersꝰ Sabinos, de his triũphauit. Et cum populus a patribus secessisset, ꝙ tributum & militiam toleraret: nec reuocari posset Agrippa apud eum olim inquit, humani artus cum ventrem ociosum cernerẽt, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium negarunt, cum eo pacto & ipsi deficerent. Intellexerunt ventrẽ acceptos cibos per omnia mẽbra digerere, & cum eo in gratiam redierunt. Sic senatus & populus quasi vnum corpus discordia pereũt, cõcordia valẽt. Hac fabula populus regressꝰ est. Creauit tñ tr. pl. q libertatẽ suã aduersũ nobilitatis supbiã defẽderẽt. Menenius aũt tãta paupertate decessit, vt eũ populꝰ collatis q̃drãtibꝰ sepeliret. Locũ sepulchro senatꝰ publice daret.

De Cneo Martio coriolano. Caput. xix.

GNeꝰ Martiꝰ captis Coriolis vrbe Volscorũ Coriolanꝰ dictꝰ, ob egregia militię facinora a Posthumio optionẽ munerꝰ accipiẽs, equum tantum & hospitem sumpsit virtutis & pietatis exemplum. Hic consul graui annona, aduectum e Sicilia frumentum magno pretio populo dandum curauit, vt hac iniuria plæbs agros non seditiones coleret. Ergo a tri. ple. Decio dicta die ad Volscos concessit:

eosq; Duce Actio Tullio aduersum Romanos concitauit, & ad quartum lapidem ab vrbe castra posuit, cũq; nullis ciuiũ legationibus flecteretur a Veturia matre & volumnia vxore matronarum numero comitata motus omisso bello vt proditor occisus est. Ibi templum fortunae muliebri constitutum est.

De Fabio Ambusto. Caput.xx.

FAbius Ambustus ex duabus filiabus, alteram Licinio Stoloni, alteram Aulo Sulpitio patritio coniugem dedit, quarũ plebeia cum sororem salutaret, cuius vir Tribu. militaris consulari potestate erat fasces lictorios foribus appositos indecenter expauit, a sorore irrisa, marito quaesta. qui adiuuante socero: vt primum tribunatum pl. aggressus est, legem tulit, vt alter consul ex plebe crearetur. Lex resistente Appio Claudio lata tamen, & primus Licinius Stolo cõsul factus. Idem lege sanciuit ne cui plebeio plus centum iugera agri habere liceret, & ipse cum iugera centum quinquaginta haberet & altera Emancipati filii nomine possideret, In iudicium vocatus, & primus omnium sua lege punitus est.

De decem viris. Caput.xxi.

POpulus Romanus cum seditiosos magistratus ferre non posset, decem viros legibus scribẽdis creauit. qui eas ex libris Solonis translatas duodecim tabulis exposuerunt. Sed cum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent. Vnus ex ipsis Appius Claudius Verginiam Verginii Centurionis filiam ĩ Algido militantis adamauit, quam cum corrumpere non posset, Clientẽ subornauit, qui eam vindex posceret, facile victurus cum ipse esset accusator & iudex. Pater re cognita, cum ipso die iudicii superuenisset & filiam iam addictam vid ret, vltimo eloquio eius impetrato, cum eam in secretum abduxisset occidit, & corpus eius humero gerens, ad exercitũ profugit, & milites ad vindicandum facinus accendit, qui creatis decem tr. Auentinum occupauerunt. Decem viros abdicare se magistratu praeceperunt, eosq; omnes aut morte aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

Caput.xxii.

ROmani ob pestilentiam responso monente ad Aesculapiũ Epi-

dauro accersendum decem legatos principe. Q. Volumnio miserūt, qui cum eo venissent & simulachrum ingēs mirarentur, anguis e sedibus eius elapsus venerabilis non horribilis per mediam vrbem cū admiratione omnium ad nauem Romanam perrexit, & se in Volumnii tabernaculo conspirauit. Legati deum vehentes Antiū prouecti sunt, vbi per mollicien maris anguis proximum Aesculapii fanum petiit, & post paucos dies ad nauem rediit, & cum aduerso Tyberi subueheretur in proximam syluam desiluit. vbi templum ei constitutum & pestilentia mira celeritate sedata est.

De Curio Camillo vrbis Romæ liberatore. Cap.xxiii.

CVrius Camillus cum Faliscos obsideret, ac ludi litterarum magister principum filios ad eum adduxisset, vinctū eum iisdem pueris in vrbem redigendum tradidit. Statim falisci se ei ob tantam iustitiam dediderunt. Veios decēnii obsidione domuit, deq; his triumphauit. Postmodum crimini datum. q albis equis triumphasset & prędā iniq̄ diuisisset: die dicta ab Apuleio Saturnino tr.pl. dānatus Ardeam concessit. Mox cum galli Senones relictis ob sterilitatē agris suis Clusium Ethruriæ oppidum obsiderent. missi sunt Roma tres Fabii, qui Gallos monerent, vt ab oppugnatione desisterent. ex his vnus cōtra ius gētium in aciem processit: & ducem Senonum interfecit. Quo cō moti Galli petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, & exercitum Romanū apud Alliam fluuium occiderūt, die sextodecimo kal. Augusti (qui dies inter Nefastos relatus aliensis dictus) Victores Galli vrbem intrarunt. vbi nobilissimos senum in curulibus & honorum insignibus, primo vt deos venerati, deinde vt homines despecti interfecere. Reliqua iuuentus cum Manlio in Capitoliū fugit vbi obsessa Camilli virtute seruata est, qui absens dictator dict9 collectis reliquiis Gallos improuisos internitione occidit. Populum Romanum migrare Veios volentem retinuit. Sic & oppidum ciuib9, & ciues oppido reddidit.

De Manlio Capitolino. Cap.xxiiii.

MAnlius ob defensum capitoliū Capitolinus dict9: sexdecim annorum voluntarium se militem obtulit, triginta septem militaribus donis a suis ducibus ornatus, viginti tres cicatrices i pectore ha

buit.capta vrbe autor in Capitolium fugiendi fuit quadam nocte clã gore anseris excitatus, Gallos ascendentes deiecit. Patronus a ciuibus appellatus & farre donatus, domũ etiã in Capitolium publice accepit. Qua superbia elatus, cum a senatu supp̃ssisse Gallicos thesauros argueretur, & addictos propria manu liberaret. regni affectati suspitione in carcerem coniectus, populi consensu liberatus est. Rursus cum in eadẽ culpa & grauius perseueraret & reus factus, & ob conspectum Capitolii ampliatus est. Alio deinde loco dãnatus, & de saxo Tarpeio praecipitat⁹, domus diruta, bona publicata, gentilitas eius Manlii cognomine iurauit. ne quis postea capitolinus vocaretur.

De Cornelio Cosso. Caput. xxv.

FIdenates fidei Romanorum hostes, vt sine spe veniae fortius dimicarẽt, legatos ad se missos interfecerunt. Ad quos Quintius Cincinatus dictator missus, magistrum equitum habuit Cornelium Cossum, qui Lartem Tolũnium ducem sua manu iterfecit. De eo opima spolia Ioui feretrio secundus a Romulo consecrauit.

De Publio Decio patre. Caput. xxvi.

PVblius Decius Mus bello Samnitico sub Valerio Maximo & Cornelio Cosso consulibus. tr. militum, exercitu in angustiis Gauri montis insidiis hostium clauso, accepto quod postulauerat praesidio in superiorem locum euasit, hostes terruit. Ipse intempesta nocte per medias custodias somno oppressas incolumis euasit. Ob hoc ab exercitu Ciuica corona de quercu, quę dabatur ei: qui ciues in bello seruasset, obsidionali. quae dabatur ei, qui obsidione ciues liberasset, donat⁹ est. Consul bello latino collega Manlio Torquato positis apud Veserim fluuium castris, cum vtriq; consuli somnio obuenisset, eos victores futuros, quorum dux in praelio cecidisset, cum collato cũ collega somnio conuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret, diis se manibus voueret, inclinata parte sua se, & hostes per Valerium pontificem diis manib⁹ deuouit. Impetu in hostes facto, victoriã suis reliquit.

De Publio Decio filio. Cap. xxvii.

DEcius Decii filius, primo consul de Samnitibus triumphans, spolia ex his Cereri consecrauit. Iterum & tertio consul multa domi, militiaeq; gessit. Quarto consulatu cum Fabio Ma

ximo, cum Galli, Samnites, Vmbri, Thusci, contra Romanos conspi=rassent. Ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante exemplum pa tris imitatus, aduocato Marco Liuio pontifice hastæ insistens & so=lẽnia verba respondens, se & hostes diis manibus deuouit, impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Corpus a collega laudatum ma=gnifice sepultum est.

De Tito Manlio Torquato. Cap.xxviii.

T Itus Manlius Torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem a patre rus relegatus, cum audisset diem patri dictam a Pom=peio tribuno plebis nocte vrbem petiit. Secretum colloquiũ a tribuno impetrauit, & gladio stricto dimittere eum accusationem terrore multo compulit. Sulpicio dictatore tr. militum. Gallum pro=uocatorem occidit. torquem ei detractum ceruici suæ induit. Consul bello latino filium suum qꝫ contra imperium pugnasset securi percus sit. Latinos apud Veserim fluuium Decii collegæ deuotione supera=uit. Consulatum recusauit quod diceret neqꝫ se populi vitia, neqꝫ illum seueritatem suam posse sufferre.

De Marco Valerio Coruino. Cap.xxix.

R Eliquias Senonum Camillus persequebatur, aduersum ingẽ=tem Gallum prouocatorem. Solus Valerius Coruinus. tr. mi=litum omnibus territis processit. Coruus ab ortu solis galeæ eius insedit & inter pugnandum ora oculosqꝫ Galli verberauit. Hoste victo Valerius Coruinus dictus. hic cum ingens multitudo ære alie=no oppressa Capuam occupare tentasset, & ducem sibi quintium ne cessitate cõpulsum fecisset. sublato ære alieno seditionem compressit.

De Pontio Telesino. Caput.xxx.

C Aius Veturius & Spurius Posthumius consules aduer=sum Samnites bellum gerentes, a Pontio Telesino du=ce hostium per insidias seducti sunt. Nam ille simula=tos transfugas misit, qui Romanis dicerent. Luceriam a Samnitibus obsideri in Apulia: quo duo itinera ducebant, aliud longius & tutius, aliud breuius & periculosius. Itaqꝫ cum insi=dias statuisset, qui locus furculæ Caudinæ vocatur. Pontius ac=citum patrem Herennium rogauit, quid fieri placeret. Ille ait.

aut omnes occidendos, vt vires frangerentur. aut omnes dimittẽdos, vt beneficio obligarentur. Vtroq; improbato consilio. omnes sub iugum misit ex fœdere, quod a Romanis improbatum est. Posthumius samnitibus deditus nec receptus est.

De Lucio Papyrio Cursore. Caput. xxx.

LVcius Papyrius a velocitate cursor, cum cõsulem se aduersis omnibus aduersum samnites progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus: edixit Fabio Rutiliano, quem exercitui præponebat: ne manum cum hoste confereret. Sed ille opportunitate ductus pugnauit, reuersus eum securi ferire voluit. Ille in vrbem confugit, nec supplicem tribuni tuebantur. Deinde pater lachrymis, populus precibus veniam impetrauit, Papyrius de Samnitibus triumphauit. Idem Præneste cum prætorem grauiter increpuisset, expedit inquit Lictor secures. Et cum eum metu mortis attonitum vidisset, ĩcõmodam ambulantibus radicem excidi iussit.

De quinto Fabio Rutiliano. Caput. xxxii,

FAbius primus ex ea familia ob virtutem Maximus, magister eq̃tum a Papyrio cursore pene percussus securi. Primum de Apulis & Lucerinis, Iterum de Samnitib9. Tertio de Gallis, Vmbris, Marsis atq; Thuscis triumphauit. Censor libertinos tribubus amouit. Iterum Censor fieri noluit, dicens non esse ex vsu populi Romani eosdẽ censores sæpius fieri. Hic primus instituit, vt equites Romani Idibus Quintilibus ab æde honoris equis insidentes in capitolium transirẽt. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, vt inde filius visceratationem & epulas publice daret.

De Marco Curio Dentato. Cap̃. xxxiii.

CVrius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit. quos vsq; ad mare superum propagauit. Regressus in contione ait, tantum agri cepi vt sollitudo futura fuerit: nisi tantum hominum cepissem: tãtum porro hominum cepi, vt fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissem. Iterum de Sabinis triumphauit. Tertio de Lucanis ouans vrbem introiuit. Pyrrhum epirotã ex Italia pepulit, quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit. Sibi deinde constituit, dicens neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Legatis Samnitum aurum offe-

rentibus cum ipse in foco rapa torreret, malo hæc inquit in fictilibus meis esse & aurum habentibus imperare. Cum interuersæ pecuniæ argueretur, cadum ligneum quo vti ad sacrificia consueuerat in medium protulit, Iurauitq; se nihil amplius de præda hostili in domum suam conuertisse. Aquam deide anienem manibus hostium in vrbem induxit. Tr. ple. patres autores fieri coegit comitiis, quibus plæbeus magistratus creabatur. Ob hæc merita domus ei apud Thyphatam & agri iugera quingenta publice data.

De Appio Claudio Cæco. Cap. xxxiiii.

Appius Claudius Cæcus in censura libertinos quoq; in senatum legit, epulandi decantandiq; ius tibicinibus ĩ publico ademit. Duæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ, potitiorum & pinariorum. Potitius Herculis sacerdotes precio corrupit, vt sacra Herculea seruos publicos edocerent. Vnde cæcatus est. Gens potitiorum funditus periit. ne consulatus cum plæbeis cõmunicaretur acerrime restitit. ne Fabius solus ad bellum mitteretur contradixit. Sabinos, Samnites, Ethruscos bello domuit. viam vsq; Brundusium lapidibus strauit. Vnde illa Appia dicta est, aquam anienem in vrbem induxit. Cẽsuram solus omni quinquennio obtinuit. Cum de pace Pyrrhi ageretur. & gratia potentum per legatum cyneam precio quæreretur, senex & cæcus lectica in senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione discussit.

De Pyrrho Rege Epirotarum. Cap. xxxv.

Pyrrhus Rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus cum imperium orbis agitãs Romanos potẽtes videret. Apollinem de bello consuluit. Ille ambigue respondit. Aio te æacida Romanos vincere posse. Hoc dicto ĩ voluntatem tracto auxilio Tarentinis venit. bellum Romanis intulit. Leuinum consulem apud Heracleam elephantorum nouitate turbauit. Cũq; Romanos aduersis vulneribus occisos videret. Ego inquit talibus vulneribus breui orbem terrarũ subigere potuissem. Amicis gratulantibus, quid mihi cum tali victoria inquit? vbi exercitus robur amittam? Ad vigesimum ab vrbe lapidem castra posuit, captiuos Fabricio gratis dedit. Viso Leuinii exercitu eadem sibi ait aduersus Ro-

manos, quam Herculi aduersus Hydram fuisse fortunam. A Curio & Fabricio superatus Tarentum refugit. In Siciliam traiecit. Mox i Italiam Locros regressus, pecuniam Proserpinæ auehere tentauit. Sed ea naufragio elata est. Tum in græciam regressus dum argos oppugnaret, ictu tegulæ prostratus est. Corpus ad Antigonum Macedoniæ regem delatum magnifice sepultum est.

De Volsiniis. Caput. xxxvi.

VOlsinii Ethruriæ nobile oppidũ luxuria pene perierũt. Nã cum temere seruos manumitterent, dum in curiam legerent, consensu seruorum oppressi: cum multa indigna paterentur, clam Romæ auxilium petierunt. Missusq; Decius Mus, mox Libertinos omnes aut in carcere necauit, aut dominis in seruitutem restituit.

De Appio Claudio Caudace. Caput. xxxvii.

APpius Claudius victis Carthaginẽsibus cognomento Caudex. frater Cæci fuit. Consul ad Mamertinos liberandos missus est. Quorum arcem Carthaginenses & Hiero Rex Syracusanus obsidebant. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria naue traiecit. & cum duce Carthaginẽsium egit, vt præsidium arce deduceret Rhegium regressus quinquiremen hostium copiis pedestribus cepit, eam Legionem i Siciliam traduxit. Carthaginẽses Messana expulit. Hierona Regem prælio apud Syracusas in deditionem accepit. q eo piculo territ⁹ Romanoꝝ amicitiã petiit, eisdẽ postea fidelissim⁹ fuit.

De Cneo Duillio & Hamilcõe Pœnoꝝ duce. Ca. xxxviii.

CNeus Duillius primo punico bello dux contra Carthaginẽses missus, cum videret eos multum mari posse, classem magis validam q̃ decoram fabricauit. Et (quas coruos vocauere) manus ferreas primus omnium cum irrisu hostium instituit. quibus interpugnandum hostium naues apprehendit, qui victi & capti sunt. Hãnibal dux classis Carthaginem fugit, & a senatu quæsiuit quid faciendum censerent. Omnibus vt pugnaret acclamantibus. feci inquit & victus sum. Sic pœnam crucis effugit. Nam apud pœnos dux male re gesta puniebatur. Duillio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine a cœna publice rediret.

De Attilio Calatino. Caput. xxxix.

Attilius Calatinus dux Romanorum aduersus Carthaginenses missus, maximis & munitissimis ciuitatibus Aenna Drepano Lilybęo, hostilia pręsidia deiecit. Panormum cœpit. Totamque Siciliam peruagatus/paucis nauibus magnam hostium classem duce Hamilcare superauit. Sed cum ad Camerinā ab hostibus obsessam festinaret, a pœnis in angustiis clausus est, vbi Tribu. militum Calpurnius flamma acceptis trecentis in superiorem locum euasit. consulem liberauit. Ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus est. Et sanatus magno postea terrori hostibus fuit. Attilius gloriose triumphauit.

De Marco Attilio Regulo. Caput.xl.

Attilius Regulus consul, fusis Salentinis triumphauit. Primusque Romanorum ducum ī Aphricam classē traiecit. Duce Carthaginensium Hamilcare naues longas tres & sexaginta accepit. Oppida ducenta & hominum ducenta millia accepit. absente eo, coniugi & liberis eius ob paupertatem sumptus publice datus. Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus, in carcerem missus. Legatus de permutandis captiuis Romam missus dato iureiurando, vt si nō impetrasset, ita demum rediret. In senatu condicionem dissuasit. Reiectisque a se coniuge & liberis Carthaginem regressus, vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, vigiliis ac dolore punitus est.

De quinto Luctatio Catulo. Caput.xli.

Luctatius Catulus primo punico bello trecentis nauibus aduersum pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus, & aliis oneribus impeditas, duce Hanilcone apud Aegathes insulas inter Siciliam & Aphricam depressit, aut cœpit. Finemque bello imposuit. Pacem petentibus hac conditione concessit. vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis intra Italiā Aphricamque decederent. Hispania citra iberum fluuium abstinerent.

De Hannibale Carthaginensi duce. Caput.xlii.

Hannibal Hamilcaris filius vndecim annos natus, a patre aris admotus odium in Romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Eo mortuo causam belli quęrens, Saguntum

Romanis fœderatam intra sex menses euertit. Tum alpibus patefactis in Italiam traiecit. P. Scipionem apud Ticinum, Sempronium Longum apud Trebiam, Flaminium apud Trasimenum. Paulum & Varronem apud Cannas superauit. Cūq; vrbem capere posset in Campaniam diuertit, cuius delitiis elanguit: & cum ad tertium ab vrbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus. primum a Fabio Maximo frustratus, deinde a Valerio Flacco repulsus, a Gracco & Marcello fugatus. in Aphricam reuocatus: a Scipione superatus. ad Antiochum Syriæ regem cōfugit, eumq; hostem Romanis fecit, quo victo ad Prusiam Bithyniæ regem concessit. Vnde Romam legatione repetitus. hausto, quod sub gēma anuli habebat, veneno. absumptus est. Positus apud Lybissum in arca lapidea, in qua hodie quoq; īscriptum est. Hannibal hic situs est.

De quinto Fabio Maximo. Cap. xliii.

FAbius Maximus cunctator: vt verucosus a veruca in labris. Ita ouicula a clementia morum, consul de Liguribus triumphauit. Hannibalem mora fregit. Minutium magistrū equitum imperio æquari sibi passus est. & nihilominus periclitanti subuenit. Hannibalem in agro Falerno inclusit. Manlium Statilium trāsfugere ad hostes volētem, equo & armis donatis retinuit. Et Lucano cuidam fortissimo ob amorem mulieris infrequenti, eādem emptam dono dedit. Tarentum ab hostibus recepit. Herculis signum inde translatum in capitolio dedicauit. de redemptione captiuorum cum hostib9 pepigit. Quod pactum cum a senatu improbaretur, fundum suum ducentis millibus vendidit, & fidei satisfecit.

De Publio Scipione Nasica. Caput. xliiii.

SCipio Nasica a senatu vir optimus iudicatus, matrem deum hospitio recepit is cum aduersum auspicia consulem se a Gracco nominatum comperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas quas sibi quisq; in foro per ambitionem ponebat, sustulit. Cōsul Delminiū vrbem Dalmatarum expugnauit. Imperatoris nomen a militibus, & ab senatu triumphum recusauit oblatum. Eloquentia primus iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit. Vnde vulgo Corculum dictus.

De Marco Marcello. Caput.xlv.

MArcellus Viridomarum Gallorum ducem singulari prælio fudit. Spolia legit. apud Nolam Hannibalem primus locorum angustia adiutus vinci docuit. Syracusas per tres annos expugnauit. Et cum per calũniam triũphus ei a senatu negaretur: de sua sententia in Albano monte triumphauit. quinquies consul, insidiis Hannibalis deceptus occubuit, & magnifice sepultus. Ossa Romam remissa, a prędonibus intercepta perierunt.

De Liuia Claudia virgine Vestali. Cap.xlvi.

HAnnibale Italiam deuastante, ex responso librorum Sybillinorum mater deum e Pesinunte accersita, cum aduerso Tyberi veheretur repente in alto stetit, & cum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est: castissimę demum fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia virgo Vestalis falso incestu suspecta deam orauit, vt si pudicã sciret, sequeretur. & zona imposita nauem mouit. Simulachrũ matris deum aduexit. Templum ædificauit Nasica: qui vir optimus iudicabatur.

De Marco Portio Catone. Caput.xlvii.

POrcius Cato genere Tusculanus a Valerio Flacco Romã sollicitatus. Tri. militum in Sicilia. Quæstor sub Scipione fortissim⁹, prætor iustissimus fuit. In prætura Sardiniam subegit: vbi ab Ennio litteris græcis institutus. Consul Celtiberos domuit. & ne rebellare possent litteras ad singulas ciuitates misit, vt muros diruerent, cum vnaqueq; sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello tr. militum sub. M. Attilio Glabrione occupatis Thermopylarum iugis, præsidium hostium depulit. Censor Lu. Fla. cõsularem Senatu mouit, q; ille in Gallia ad cuiusdam Scorti spectaculum eductum quendã e carcere in conuiuio iugulari iussisset. Basilicam suo nomine primus fecit Matronis ornamenta erepta Oppia lege, repetentibus restitit. Accusator assiduus malorum, Galbam octogenarius accusauit. Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus Carthaginem delendam censuit. post octuagenta annos filium genuit. Imago hui⁹ funeris gratia produci solet.

De Claudio Nerone & Hasdrubale fratre Hãnibalis. Cap.xlviii.

HAsdrubal frater Hannibalis ingentibus copiis in Italiā traiecit. Actūq; de Romano imperio erat, si cōiūgere Hānibali copias potuisset. Sed Claudi⁹ Nero q̄ i Apulia cū Hānibale castra cōiūxerat, relicta i castris parte cū delectis ad Hasdrubalem ꝓperauit. Et se Liuio collegæ apud Senam oppidum, & Metaurum flumen coniunxit. Amboq; Hasdrubalem vicerunt. Nero egressus pari celeritate qua venerat, caput Hasdrubalis ante vallum Hannibalis proiecit. Quo viso ille vinci se fortuna Carthaginis confessus. Ob hæc Liuius triumphās, Nero ouans, vrbem introierunt.

De Publio Cornelio Scipione Africano. Caput.xlix.

SCipio ex virtutibus cognominatus Aphricanus, Iouis fili⁹ creditus. Nam anteq̄ conciperetur serpens in lecto matris apparuit. Et ipsi paruulo draco circūfusus nihil nocuit. in capitolium intempesta nocte eunti canes nunquam latrauerunt. nec hic q̄c q̄ prius cœpit, q̄ in cella Iouis diutissime sedisset, quasi diuinam mentem accepisset. decem & octo annorum patrem apud Ticinum singulari virtute seruauit. Clade cannensi nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupientes sua autoritate compescuit. Reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. Vigiti quattuor annorū prætor ī Hispaniam missus, Carthaginem qua die venit cepit. Virginem pulcherrimam, ad cuius aspectum accurrebatur ad se vetuit adduci. patriq; eius ac sponso restitui iussit. Hasdrubalem Magonēq; fratres Hānibalis Hispania expulit. Amicitiam cum Siphace Maurorum rege coniunxit. Masinissam in societate recepit. Victor domum regressus, consul ante annos factus concedente collega in Aphricam classe traiecit. Hasdrubalis & Siphacis castra vna nocte prorupit. Reuocatum ex Italia Hannibalem superauit. Victis Carthaginēsibus leges imposuit: bello Antiochi legatus fratri fuit. Captum filium gratis accepit a Petilio ac Neuio. tr. pl. repetundarum accusatus librum rationum in conspectu populi scidit. Hac die inquit vici Carthaginem. quasi bonum factum, in capitolium eamus & diis supplicemus, Inde in voluntariū exilium concessit, vbi reliquam ægit ætatem. Moriens ab vxore petiit: ne corpus suum Romam referretur.

De Liuio Salinatore. Cap.l.

LIuius Salinator, primo consul de Illyriis triumphauit, deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus excepta Metia condemnatus: iterum cum Claudio Nerone inimico suo cõsul ne respublica discordia male administraretur, amicitiam cum eo iunxit, & de Hasdrubale triumphauit. Censor cum eodem collega omnes Tribus (excepta Metia) ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine, q aut prius se iniuste condemnassent, aut postea tantos honores nõ recte tribuissent.

De. T. Quintio Flaminio. Cap. li.

FLaminius (Flaminii, qui apud Trasimenum periit) filius, cõsul Macedoniam sortitus, ducibus Charopæ principis pastorib9, regem Philippum prælio fudit, castris exuit: filium eius Demetrium obsidem accepit, quem pecunia mulctatum in regnũ restituit, ab Nabide quoq Lacedęmonio filium obsidem accepit. Liberos etiã græcos Nemeæ per præconem pronunciauit. Legatus etiam ad Prusiã, vt Hannibalem repeteret missus.

De quinto Fuluio nobiliore. Caput. lii.

FVluius nobilior Aetolos Orethanosq superauit. Vnde ouans vrbem introiuit. Consul Achæos (qui bello Macedonico interfuerant, post ad Antiochum defecerant) præliis frequentib9 victos & in Ambraciam oppidum coactos in deditionem accepit. tamen signis, tabulisq pictis spoliauit, de quibus triumphauit. quam victoriã per se magnificam Marcus Enni9 amic9 ei9 insigni laude celebrauit.

De Lucio Scipione Asiatico. Cap. liii.

SCipio Asiatic9 frater Aphricani ĩfirmo corpore, tamẽ in Aphrica virtutis nomine a fratre laudatus, consul Antiochum regem Syriæ legato fratre apud Sipylum montem, cum arcus hostium pluuia hebetati fuissent vicit. Et regni relicti a patre parte priuauit. hinc Asiatic9 dict9. post reus pecunię ĩtercepte, ne ĩ carcerẽ duceret, Gracc9 Tr. pl. ĩtercessit. Marc9 Cato cẽsor equũ ei ignominiæ causa ademit.

De Antiocho Rege Syrię. Cap. liiii.



ANtiochus Syriæ Rex Nimia opum fiducia bellum Romanis intulit. specie Lysimachiæ repetendæ, quam a maiorib9 suis ĩ Thracia cõditam Romani possidebãt. Sta

timcq; græciã insulasq; ei⁹ occupauit: in Euboea luxuria elanguit. aduentu Attilii Glabrionis exercitus Thermopylas occupauit, vnde industria Marci Catonis eiectus in Asiam refugit. nauali prælio cui Hannibalem præfecerat a Lucio Aemilio Regillo superatus filium Scipionis Aphricani. quem inter nauigandum cœperat: patri remisit, qui ei quasi pro reddenda gratia suasit, vt amicitiam Romanã peteret. Antiochus spreto consilio apud Sipylum mõtem cum Lucio Scipione conflixit. Victus & vltra Taurum montem relegatus a sodalibus (quos temulentus in conuiuio pulsauerat) occisus est.

De Gneo Manlio Volsone. Cap.lv.

GNeus Manlius Vulso, missus ad ordinãdam Scipionis Asiatici prouinciam cupidine triumphi, bellum Pisidiis & Gallogræcis, qui Antiocho adfuerant, intulit. His facile victis iter captiuos vxor regis Oruagontis centurioni cuidam in custodiam data a quo stuprata vi, de iniuria tacuit. Et impetrata redemptione marito adulterum centurionem interficiendum tradidit.

De.L. Aemilio Paulo Macedonico. Caput.lvi.

LVcius Paulus Aemylius filius eius qui apud cãnas cecidit. primo consulatu (quem post tres repulsas adeptus erat) de Liguribus triumphauit, rerum gestarum ordinem in tabula pictum publice posuit. Iterum consul Persem Philippi filiũ apud Samothracas cœpit. quem victum fleuit. & assidere sibi iussit, tamen in triumphum duxit. In hac lætitia duos filios amisit, & progressus ad populum gratias fortunæ egit, quod si quid aduersi reipublicæ iminebat, sua esset calamitate decisum. Ob hæc omnia & a po. & a senatu cõcessum est. vt ludis circensibus triumphali veste vteretur. Ob huius licentiam & paupertatẽ. post mortẽ eius dos vxori nisi vẽditis possessionib⁹ nõ potuit exolui.

De.T. Sempronio Gracco. Cap.lvii.

TIberius Sempronius Graccus, nobilissima familia ortus. Scipionem Asiaticum, quamuis inimicum duci in carcerẽ non est passus Prætor. Galliã domuit, cõsul Hispaniã, Altero cõsulatu Sardiniã tantũq; captiuorum adduxit. vt longa venditione res in puerbiũ veniret, Sardi venales. Censor Libertinos (qui rusticas trib⁹ occuparãt) ĩ qttuor vrbanas diuisit. Ob qđ a populo collega eius Claudius, nam

ipsum autoritas tuebatur, reus factus. Et cum Claudium condemnassent Tiberius iurauit se cum illo in exilium iturum. Ita reus absolutus est. Et cum in domo Tiberii duo angues e geniali toro repsissent, responso dato. Eum de dominis periturum, cuius sexus anguis fuisset occisus. amore Corneliæ coniugis marem interfici iussit.

De Publio Scipione Aemiliano. Cap. lviii.

SCipio Aemilianus Pauli Macedonici filius, a Scipione Aphricano adoptatus, in Macedonia cum patre agens victum Persem tam pertinaciter persecutus est: vt media nocte in castra redierit. Lucullo in Hispaniam legatus, apud Intercatiam oppidum prouocatorē singulari prœlio vicit. Muros hostiles ciuitatis primus ascendit. Tr. in Aphrica cum Tito Manlio imperatore cohortes octo obsidione vallatas consilio & virtute seruauit, a quibus corona obsidionali donatꝰ. Cum ædilitatem peteret, consul ante annos vltro factus Carthaginem intra sex menses deleuit. Numantiam in Hispaniam correpta prius militum disciplina fame vicit, hinc Numantinus dictus. C. Lælio plurimum vsus ad reges adeundos missus duos secū præter eum seruos duxit. Ob res gestas superbe Graccum iure cæsum videri respondit, obstrepente populo. Taceant inquit quibus Italia nouerca est nō mater: & addidit, quos sub corona vendidi Censore Mūnio collega seniore in senatu ait. Vtinam mihi collegam aut dedissetis, aut non dedissetis. Suscepta agrariorum causa domi repente exanimis inuentus est, obuoluto capite elatus, ne liuor in ore appareret. Huius patrimonium tam exiguū vt triginta duas libras argēti, duas & semilibrā auri relinq̄ret.

De Aulo Hostilio Mancino, Caput. lix.

TVllius Hostilius Mancinus prætor aduersum Numantinos vetantibus auibus, & nescio qua voce reuocante profectus, cum ad Numantiam peruenisset Exercitum Pompeii acceptum prius corrigere decreuit, & solitudinem petiit. Eo die Numantini forte solemni nuptu filias locabant, & vnam speciosam duobus competentibus pater puellæ condicionem tulit, vt ei illa nuberet, qui hostis dextram attulisset. Profecti iuuenes abscessum Romanorum in modum fugæ properantium cognoscūt, rem ad suos referunt. Illi statim quattuor millibꝰ suorum viginti millia Romanorum ceciderunt. Mancinus autore Ti-

berio Gracco quæstore in leges hostium fœdus percussit, quo per senatum improbato. Mancinus Numantinis deditus nec receptus Augurio, in castra deductus præturam postea consecutus est.

De Lucio Mūmio Achaico. Cap.lx.

LVcius Mūmius deleta Achaia Achaicus, aduersus Corithios missus victoriam alieno labore quæsitam intercepit. Nam cū illos Metellus Macedonicus apud Heracleam fudisset, & duce Critholao priuasset, cum lictoribus & paucis equitibus in metelli castra properauit. Et Corinthios apud Leucopetram vicit, duce Dioneo qui domum refugit, eamq; incendit, coniugem interfecit, & in ignem præcipitauit: ipse veneno interiit. Mūmius Corinthum signis tabulisq; spoliauit, quibus cum totam replesset Italiā, in domū suam nihil cōtulit.

De.Q.Cæcilio Metello Macedonico. Caput.lxi.

QVintus Metellus Cęcilius a domita Macedonia Macedonic⁹, prætor Pseudo Philippum, qui idem Andriscus dictus est, vicit. Achæos bis prælio fudit. Inuisus plæbi ob nimiam seueritatem, & ideo tertio post duas repulsas cōsul ægrefactus Arbachos in Hispania domuit. apud Cātabriæ oppidum cohortes loco pulsas redire & locum recipere iussit. Cum omnia proprio & subito consilio ageret & amico cuidam, quid acturus esset roganti: tunicam inqt meā exurerem si meum consilium scire existimarem. Hic quattuor filiorū pater, supremo tempore humeris eorum ad sepulchrum latus est. ex quibus tres consulares, vnum etiam triumphantem vidit.

De.Q.Cæcilio Metello Numidico. Caput.lxii.

QVint⁹ Cęcili⁹ Metellus Numidicus. qui de Iugutha rege triūphauit. Censor Quintium qui se Tyberii Gracci filium mētiebatur in censum non recepit. Idem in legem Apuleiam per vim latam iurare noluit. Quare in exilium act⁹ Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus, cum ludis forte litteras in theatro accepisset: non eas prius legere dignatus est, q̄ spectaculum finiretur. Metellum sororis suæ virū laudare noluit, q̄ olim is Ɨrū iudiciū & leges detractarat.

De Quinto Metello Pio. Caput.lxiii.

QVintus Metellus Pius Numidici filius, Pius quia patrem lachrymis & precibus assidue ab exilio reuocauit. prætor bello sociali

Quintum Pompedium marsorum ducem interfecit, Consul in Hispania Herculeios fratres oppressit. Sertorium Hispania expulsit. Adulescens in petitione praeturae, & pontificatus consularibus viris praelatus est.

De Tiberio Gracco. Caput. lxiiii.

Tiberius Graccus Aphricani ex filia Nepos, Quaestor Mancion in Hispania foedus eius flagitiosum probauit. Periculum deditionis eloquentiae gratia effugit. Trib. pl. legem tulit, ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collega intercedente nouo exemplo magistratu abrogauit. Deinde tulit, vt ea familia, quae de Attali hęreditate erat, ageretur. & populo diuideretur. Deinde cum prorogare sibi potestatem vellet, aduersus auspicia in publicum processit: statimq; Capitolium petiit, manum ad caput referens. qua salutem suam populo commendabat. Hoc nobilitas ita accepit, quasi diadema posceretur. Segniterq; cessante Mutio consule, Scipio Nasica, sequi se iussit. qui saluam rem pu. vellent, Graccum in Capitolio persecutus oppressit. Cuius corpus Lucretii aedilis manu in Tyberim missum. Vnde ille Vespillo dictus, Nasica vt inuidiae subtraheretur per speciem legationis in Asiam ablegatus est.

De Caio Gracco. Cap. lxv.

CAius Graccus pestilentem Sardiniam quaestor sortitus, non veniente successore, sua sponte discessit. Asculanae & Fregellanae defectionis inuidiam sustinuit. Trib. pl. agrarias & frumentarias leges tulit. Colonos etiam Capuam & Tarentum mittendos censuit. Triumuiros agris diuidendis se & Fuluium Flaccum & Caium Crassum constituit Minutio Ruffo. Tr. pl. legibus suis abrogante in Capitolium venit. Vbi cum Attilius praeco Opimii consulis in turba fuisset occisus, in forum descendit: & imprudens concionem a Tribuno plaebis auocauit. Qua re accersitus cũ in Senatũ nõ venisset armata familia Auentinum occupauit. Vbi ab Opimio victus dum a templo Lunae desilit Telum intorsit, & Põtino amico apud portam Trigeminam. P. Lectorio in Ponte sublicio ꝑsequẽ

tibus resistentem in lucum Furinæ peruenit. Ibi vel sua vel serui Euforí manu interfectus, caput a Septimo Atello amico Gracci ad Opimiũ relatum auro expensum fertur: propter auaritiam infuso plumbo grauius effectum.

De Marco Liuio Druso. Cap̃.lxvi.

MArcus Liuius Drusus genere & eloquentia magnus sed ambitiosus & superbus ædilis munus magnificentissimũ dedit. Et ibi rubrio collegæ quædam de vtilitate repu. suggerenti. quid tibi inquit cum repub. nostra? Quæstor in Asia nullis insignibus vti voluit. ne quod ipso esset insignius. tr. pl. latinis ciuitatem, plæbi agros, equitibus curiam senatui iudicio permisit. Nimiæ liberalitatis fuit. Ipse etiã professus nemini se ad largiendum præter coelum & coenum liquisse. Ideoq; cum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit. Magulsam Mauritaniæ principem ob regis simultatem profugum accepta pecunia Boccho prodidit, quem ille Elephanto obiecit. Adherbalem filiũ regis Numidarum ob fidem domi suæ sumpsit. Redemptionem ei9 occulte a patre sperans Coepionem inimicum actionibus suis resistentẽ ait se de saxo Tarpeio præcipitaturum. Consuli legibus Agrariis resistenti ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis e naribus efflueret, quæ ille luxuria comprobans mortiiam detrudi se dicebat. deinde ex gratia in iuidiam venit. Nam plębs acceptis agris gaudebat. Eques lecti lętabantur. Senatus permissis iudiciis exultabat. Sed societatẽ cum equitibus ægre ferebat. Vnde Liuius Anxius: vt latinorum postulata differret. qui promissam ciuitatem flagitabant, repente in publico concidit, siue morbo comitiali, siue hausto caprino sanguine, semianimis domum relatus. Vota pro illo per Italiam publice suscepta sunt. Et cum latini consulem in Albano mõte interfecturi essent. philippum admonuit: vt caueret. Vnde in senatu accusatus cum domum se reciperet, immisso inter turbã percussore cornuit inuidia cædis apđ Philippum & Coepionem fuit.

De Caio Mario patre. Caput.lxvii.

CAius Marius septies consul Arpinas humili loco natus primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia: criminando consulatum adeptus, Iugurtam captum ante currũ egit,

in proximum annum consul vltro factus. Cymbros in Gallia apud Aquas sextias, Theutonas in Italia in campo Saudio vicit. Deq; his triumphauit. vsq; sextum consulatum per ordinem factus. Apuleium. Tr.pl. & Glauciam prætorem seditiosos ex senatusconsulto iteremit. Et cum sulpicia rogatione prouinciam syllæ eriperet: armis ab eo victus Minturnis in palude latuit. Inuentus & in carcerem coniectus, immissum percussorem Gallum vultus autoritate deterruit. Acceptaq; Nauicula in Aphricam traiecit. Ibi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergastulis exercitum fecit. Cæsisq; inimicis iniuriā vltus, septimo cōsulatu (vt qdā ferunt) voluntaria morte decessit.

De Caio Mario filio. Caput.lxviii.

CAius Marius filius vigintiseptem annorum consulatum inuasit, quem honorem mater tam immaturum fleuit. Hic patri sæuitia similis, curiam armatus obsedit. Inimicos trucidauit. quorū corpora in Tyberim præcipitauit. In apparatu belli quod contra Syllam parabatur, apud Sacri portum vigiliis & labore defessus sub dio requieuit, & absens victus, fugæ non pugnæ interfuit. Præneste confugit, vbi per Lucretium Asellam obsessus tentata per Cuniculum fuga cum omnia septa intellegeret, iugulandū se Pontio Telesino præbuit.

De Lucio Cornelio Cinna. Caput.lxix.

LVcius Cornelius Cinna flagitiosissimus remp. summa crudelitate vastauit. Primo consulatu ferens de exulibus reuocandis legem, ab Octauio collega prohibitus & honore priuatus, vrbe profugit. Vocatisq; ad pileum seruis aduersarios vicit. Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertio consulē seipsū fecit. Quarto consulatu cum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem lapidibus ab exercitu occisus est.

De Caio Fimbria. Caput.lxx.

CAius Fimbria sæuissimus quippe Cinnæ satelles, Valerio Flacco consuli legatus in Asiam profectus per simultatem dimissus, corrupto exercitu, ducem interficiendum curauit. Ipse correptis imperii insignibus prouinciam ingressus: Mithridatem Pergamo expulit Ilium vbi tardius portæ patuerunt incendi iussit, vbi Mineruæ templum inuiolatum stetit. quod diuina maiestate seruatum nemo dubita

uit. Ibidem Fimbria militiæ principes securi percussit. Mox a Sylla Pergamo oppressus, corrupto exercitu desertus semet occidit.

De Viriato Lusitano. Cap. lxxi.



Iriatus genere Lusitanus ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate vector: audacia latro. ad postremū dux bellum aduersum Romanos sumpsit. Eorumq; imperatorem Claudium vnimanum. deinde. C. Nigidium oppressit. Pacem a Pompilio maluit integer petere, q̄ victus: & cum alia dedisset, & arma retinerentur bellum renouauit. Cœpio cum aliter vincere non posset, duos Satellites pecunia corrupit, qui Viriatum humo depositū peremerūt. q̄ victoria (quia empta erat) a senatu nō ꝓbata.

De Marco Aemilio Scauro. Cap. lxxii.

MArcus Aemili⁹ Scaurus nobilis pauper: nam pater eius q̄uis Patritius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Idem primo dubitauit honores peteret, an argentariam faceret. Sed eloquentiæ consultus, ex ea gloriam peperit. Primo in Hispania corniculum meruit. sub Oreste in Sardinia stipendia fecit, ædilis iuri reddendo magisq̄ muneri edendo studuit. Prætor aduersus Iugurthā, tamen eius pecunia victus. Consul legem de sumptibus, & Libertinorū suffragiis tulit. Decium prætorem transeunte ipso, sedētem iussit assurgere, eiq; vestem scidit. Sellam concidit. ne quis ad eum in ius iret edixit. Consul Ligures & Gantiscos domuit, atq; de his triumphauit. Cēsor viam Aemiliam strauit. Pontē Miluium fecit. Tantumq; autoritate potuit, vt Opimium contra Graccum: Varium contra Glauciam, & Saturninum priuato cōsilio armaret. Idem filium suum quia præsidium deseruerat, in conspectum suū vetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem sibi consciuit. Scaurus senex cum a vario. Tr. pl. argueretur quasi socios & Latium ad arma coegisset. apud populum ait. Varius Veronensis Aemilium Scaurum ait & socios arma coegisse. Scaur⁹ negat. Vtri potius credendū putatis.

De Lucio Apuleio Saturnino. Cap. lxxiii.

LVci⁹ Apulei⁹ Saturnin⁹. tr. pl. seditiosus, vt gratiā Marianoꝝ militū pararet, legē tulit, vt veteranis cētena agri iugera diuiderent̄ in Aphrica. Intercedētē Bebiū collegā, facta p populū lapida

tione submouit, glauciæ pretori, quod is eo die quo ipse cõtionẽ habe bat ius dicẽdo partẽ populi aduocasset: sellã cõcidit, vt magis popula ris videretur. quẽdã Libertini ordinis subornauit, qui se Tiberii Grac ci filiũ fingeret. Ad hoc testimoniũ Sẽpronia soror Graccorũ pducta: nec pcib⁹, nec minis adduci potuit, vt dedecus familiæ agnosceret. Sa turnin⁹ Aulo Mũmio cõpetitore ĩterfecto. tr. pl. refect⁹, Siciliã. Acha iam, Macedoniã nouis colonis destinauit. & aurũ dolo an scelere Cœ pionis partũ ad emptionẽ agrorũ cõuertit. aqua & igni interdixit ei, q leges suas nõ iurasset. Huic legi multis nobilibus abrogantibus cum tonuisset clamauit, Iam inquit nisi quiescitis grãdinabit. Metellus Nu midicus exulare quã iurare maluit. Saturnin⁹ Tertio. Tr. pl. refectus vt Satellitem suum glauciam prætorem faceret, Mummium competito rem eius in cãpo Martio necandũ curauit. Marius senatusconsulto ar matus, ne quid respu. detrimenti caperet: quo censeretur, darent operã consules. Saturninum & Glauciã in capitoliũ persecut⁹ obsedit. Maxi moqꝫ questu incisis fistulis in deditionem accepit, nec deditis fides ser uata est. Glauciæ fracta ceruix: Apuleius cum in curiam fugisset, lapidi bus & tegulis desuper interfectus est. Caput eius Rabirius quidam Se nator per conuiuia in ludibrium circumtulit.

De Lucio Lucullo. Caput. lxxiiii.

LVcius Lycinius Lucullus nobilis disertus & diues munus quæ storium amplissimum dedit. Mox per Murenam in Asia classẽ Mithridatis, & per Ptolemæũ regẽ Alexãdriæ cõsuli Syllę cõciliauit. Prætor Aphricã iustissime rexit. Aduersũ Mithridatẽ miss⁹ collegam suũ Cottã Calcedone obsessum liberauit. Cizicõ obsidione soluit. Mi thridatis copias ferro & fame afflixit. eũqꝫ regno suo ponto expulit: quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ subueniente magna fœlici tate superauit. Nimius in habitu, maxime signorum & tabularũ amo re flagrauit. Post cum aliena mente desipere cœpit, tutela eius Marco Lucullo fratri permissa est.

De Lucio Cornelio Sylla. Caput. lxxv.

COrnelius Sylla in fortuna fœlix dictus. Cum paruulus a nu trice ferretur. mulier obuia, salue inquit puer, tibi & reipublicæ tuę fœlix. & statim q̃sita q̃ hęc dixisset, non potuit inueniri. Hic q̃stor

Marii Iugurtham a Bocho in deditionem accepit. Bello Cymbrico & Theutonico legatus bonam operam nauauit. Prætor inter ciues ius dixit. Prætor cyliciam prouinciam habuit. Bello sociali samnites Hirpinosq; superauit, ne monimenta Bochi tollerētur. Mario restitit. Cōsul Asiam sortitus: Mithridatem apud Orchomenum & Cheroniam ꝓlio fudit. Archelaum ꝓlio, ꝑfectum eius Athenis vicit. Portum Pyręum recepit, Medos, Dardanos in itinere superauit. Mox cum legatione sulpitia imperium eius transferretur: ad Marium in Italiam regressus corruptis aduersariorum exercitibus Carbonē Italia expulit, Mariū apd sacri portū, & Pontiū Telesinū apud portā Collinā vicit. Mario Præneste interfecto fœlicem se edicto appellauit. Proscriptiōis bulas primus proposuit. Nouem millia deditorum in villa publica cecidit. Numerum sacerdotum auxit. Tribunitiam potestatem minuit. Republica ordinata dictaturam deposuit. Vnde spe deceptus puteolos concessit. Et morbo, qui Phthiriasis vocatur interiit.

De Mithridate Rege Ponti. Caput. lxxvi.

Mithridates rex Ponti oriundus a septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret: quinquaginta gentium ore loqueretur. Bello sociali diffidentibus Romanis. Nicomedē Bithynia. Ariobarzenē Cappadocia expulit, litteras per totum Asiā misit: vt quicunq; Romanus esset certa die interficeretur, & factum est. Græciam insulasq; omnes, excepta Rhodo occupauit. Sylla eum prælio vicit. Classem eius proditione Archelai intercepit. Ipsum apd̄ Dardanum oppidum fudit, & oppressit, & potuit capere, nisi aduersum Marium festinans, qualemcunq; pacem componere maluisset. Deinde eum argis resistentem Lucullus fudit. Mithridates postea. Pōpeio nocturno prælio victus in regnum confugit, vbi per seditionem popularem a Pharnace filio in turre obsessus venenum sumpsit. Cum id tardius biberet: quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmarat, immissum percussorem Galliū Sithocum autoritate vultus territum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis adiuuit.

De Cneo Pompeio Magno. Caput. lxxvii.


Neus Pompeius magnus bello ciuili Syllæ partes secutus ita egit, vt ab eo maxime diligeretur. Siciliam sine bello a proscriptis recepit. Numidiam Hyarbe ereptam Masinissę restituit. Viginti sex annorum triumphauit. Lepidum acta Syllę rescindere volentem priuatus Italia abrogauit. Prætor in Hispaniam pro consulibus missus Sertorium vicit. Mox piratas intra quadragesimum diem subegit. Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compulit. Deinde mira fœlicitate rerum in septētrionem Albanos. Colchos. Heniochos. Caspios. Iberos. Nunc in orientem Parthos. Arabes atq; iudæos cum magno sui terrore penetrauit. Primus in Hircanum rubrum & Arabicum mare vsq; peruenit. Moxq; diuiso orbis imperio: cum Crassus Syriam. Cęsar Galliam. Pompeius vrbem obtineret. Post cædem Crassi Cæsarem dimittere exercitum iussit. Eius infesto aduentu vrbe pulsus, in Pharsalia victus ad Ptolemęum regem Alexandriæ fugit. Huius latus sub oculis vxoris & Liberorum, a Phothyno Ptolemęi præfecto mucrone confossum est. Iamq; defuncti caput pręcisum gladio, quod vsq; ad ea tempora fuerat ignoratum. Truncus Nilo iactatus a Seruio Codro rogo inustus humatusq; est. Inscribendo in eiusdem sepulchro. Hic posit⁹ est magn⁹. P. caput ab Ptolomęi Achilla Satellite Aegyptio, velamine inuolutū cum anulo Cæsari p̄sentatum est. Qui non continēs lachrymas. Illud plurimis & pręciosissimis odoribus cremandum curauit.

FINIS.

SEXTI RVFFI VIRI CONSVLARIS VALENTIANO AVGVSTO DE HISTORIA ROMA. LIBELLVS INCIPIT.



Breuem fieri clementia tua præcepit. parebo libens. Quippe cum desit facultas latius eloquendi morem secutus calculatorum qui ingentes summas ære breuiori reprimunt. Accipe ergo quo breuiter dicta breuius computentur. vt annosam vetustatem reip. præteriti facta temporis non tam legere gloriose princeps quam numerare videaris. Ab vrbe igitur condita in ortu perennitatis vestræ quo prosperius imperium Romanum sortitus est ãni numerantur sic. Sub regib9. ccxli. sub cõsulib9. cccclxvii. Sub imperatoribus. cccclxvii.

De regibus.

REgnauerunt Romæ per annos. ccxliii. Reges numero. vii. Romulus regnauit per annos. xxxvii. Senatores per quinos dies annum vnum. Nũma Pompilius regnauit annis. xliii. Tullus Hostilius regnauit annis. xxxii. Ancus Martius regnauit annis. xxiiii. Tarquinus Priscus regnauit annis. xxxviii. Seruius Tull9 regnauit annis. xliiii. Tarquinus superbus expulsus est a regno anno. xxv.

De Consulibus.

COnsules fuerunt a Iunio Bruto & Publicola in Pansam & Hirtium numero octingenti. lxxvii. Præter eos qui in eodem anno forte aliqua sunt subrogati per annos. cccclxvii. Quadraginta quinque annis Romæ consules defuerunt. Sub decemuiris annis. ii. sub Tribunis militum annis. xliii. Sine magistratibus Roma fuit annis quattuor.

De Imperatoribus.

IMperatores ab Octauio Cæsare Augusto vsque in Iunianum fuerunt numero. xliii. per annos. ccccvii. Sub his igitur tribus imperandi generibus, hoc est regio, Consulari, & Imperatorio, quantum Roma profecerit breuiter intimabo.

Regnum regum.

SVb regibus.vii.per annos.ccxliiii.non amplius q̃ vsq; portum atq; Ostiam.xviii.miliarum a portis vrbis Romæ.vt pote adhuc paruæ & a pastoribus conditæ quum finitimæ circum ciuitates premerent Romanum processit imperium.

Regnum Consulum.

SVb consulibus inter quos & nonnunq̃ dictatores fuerunt per annos simul.ccccxlvii.vsq; transpadum Italia occupata est. Aphrica subacta.Hispaniæ accesserunt. Galliæ & Britanniæ tributariæ factæ sunt.Inde Illyrium.Istri.Liburni.Dalmatiæ domiti sunt.Ad Achaiam transitum est Macedones subacti cum Dardanis,cum Misis & Thracib⁹ bellatum est.ad Danubium vsq; preuentum.In Asia expulso Antiocho primum pedem posuerunt Romani.Mithridate victo Ponti regnum occupatum est, & Armenia minor(quam idem tenuerat)armis obtenta est.In Mesopotamiam Romanus exercitus peruenit.cum Parthis fœdus initum est.Contra Cardoneos ac Sarracenos & Arabes bellatum est. Iudea omnis victa est.Cilicia & Syria in potestatem po.Ro.venerunt. Aegypti reges fœderati sunt.

Regnum Imperatorum.

SVb Imperatoribus vero per annos.ccccvii.quum diuersa reipublicæ fortuna multi principes imperarent. Accesserunt tamen Romano orbi alpes Maritimæ.alpes Gotiæ, retiæ Noricæ. Panoniæ. Mitiæ. & omnis ora Danubii in prouinciam est redacta Pontus omnis Armenia minor. Oriens totus cum Mesopotamia, Asia. Arabia, & ægypto sub imperii Romani iure transiuit. Quo autem ordine singulas prouincias Romana respu. assecuta est ostenditur ita infra.

Resp.Romana quo ordine assecuta est regnum.

PRima prouinciarum facta est Sicilia.Eam victo Hyerone Siculorum rege Marcellus consul obtinuit. deinde a prætoribus recta est.postea est commissa præsidibus. nunc a consularibus administratur. Sardiniam & Corsicam Metellus vicit.

triumphauit de Sardis, qui rebellauere sæpe. Iuncta administratio harum insularum fuerat. Post suos prætores habuit. Nunc singulæ a præsidibus reguntur. in Aphricam pro defensione Siculorum Romana transmissa sunt signa. Ter Aphrica rebellauit. ad extremum deleta per Publium Scipionem Carthago prouincia facta est. nunc sub consularibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur, sed Iugurthæ ob necatos adherbalem & Hemphalem Micipsæ regis filios bellum indictum est, & eo per metellum consulem attrito. p Marium capto, in potestatem po. Ro. Numidia puenit. Mauritaniæ a Boccho rege obtētæ sunt. sed subacta omni Africa Mauros Iuba rex tenebat: qui i causa belli ciuilis a Iulio cæsare victus mortem sibi ppria voluntate consciuit. ita Mauritaniæ nostræ esse cœperunt. Ac per omnem Aphricā sex prouinciæ factæ sunt. ipsa vbi Carthago est proconsularis. Numidia consularis. Tripolis & Mauritaniæ duæ, hoc est Sitinensis & Cæsariensis sunt præsidiales. Hispanis primum auxilium aduersus Aphros per Scipiones tulimus rebellantes Turtanos. Hispaniam per Decium Brutum obtinuimus, & vsq; Gades ad Oceanum mare peruenimus. Post ad Hispanos tumultuantes Decius Iunius Syllanus cum exercitu missus eos vicit. Celtiberi cum Hispania sæpe rebellabant. misso minore Scipione cum excidio Numantiæ subacti sunt. Omnes pene Hispaniæ occasione belli Sertoriani per Metellum & Pompeium in deditionem acceptæ sunt. postea prorogato in quinquennium imperio a Pompeio perdomitæ sunt. Ad extremum quoq; ab Octauiano Cæsare Augusto Cantabri Astures qui freti montibus resistebant deleti sunt. Per omnes Hispanias sex sunt nunc prouinciæ, Terraconēsis. Carthaginēsis. Lusitania. Gallicia. Bætica. Transfretana etiam insula terræ Aphricanæ prouincia Hispaniarum est, quæ Tigitania cognominatur. Ex his Bætica & Lusitania Consulares, ceteræ præsidiales sunt. Cum Gallis populus Romanus grauissima bella habuit. Galli etiam illam partem Italiæ vbi nūc Mediolanum est vsq; ad rubiconem tenebant fluuiū, in tantum viribus freti vt Romam ipsam bello peterēt, & cæsis exercitibus Romanis apud Aliam fluuium mœnia vrbis intrarent. Capitolium obsiderent, ad cuius arcem sexcenti nobilissimi senatores confu=

gerant, qui mille auri pondo se obsidione redemerunt. Postea Gallos cum victoria remeantes: Camillus qui in exilio erat: collecta de agris multitudine oppressit. Aurum & signa quae Galli coeperant reportavit. Cum Gallis multi Consules Praetores & Dictatores euentu vario conflixerunt. Marius Gallos de Italia expulit, & transcensis Alpibus foeliciter aduersus eos pugnauit.

De.C.Caesare.

Ceterum.C.Caesar cum decem legionibus quae quaterna milia militum Italorum habuerant Galliam subegit. cum Gallis vltra Rhenum positis conflixit.per annos.viii.ab Alpibus in Britāniā vsq; ad Gallias transiuit, Decimo anno Britānias Gallias tributarias fecit. Sunt Galliae cum Aquitania Britāniis prouīciae.xviii. Alpes maritimae ꝓuīciae Abrianēsis. Vienēsis nouē popularia. Aquitaniae duę alpes Gagiae Lugdunēses duae. In Britānia maxima Caesariēsis Britānia prima. Britānia secūda. In Illyricū ab ore maritimo paulatim regressi sum⁹. Leuini⁹ cōsul Adriaticum atq; Ionicū mare prim⁹ igressus, maritimas obtinuit ciuitates. Creta per metellū cōsulē qui Cretic⁹ dictus prouincia facta est. Graecis in fidē nostrā cōfugientib⁹ ad Achaiam accessimus. Athenēses aduersus Philippū Macedoniae regem auxiliū nostrū petierūt. Libera diu sub amicitiis nostris Achaia fuit. Ad postremū legatis Romanorū apud Corinthū violatis.p.L.Numium cōsulē capta Corintho Achaia oīs obtēta est. Epirotę qui aliquādo cū rege Pyrrho etiā ad Italiā trāsire ꝑsumpserāt victi: atq; Thessali simul cū Achiuorū & Macedonū regionib⁹ nobis accesserūt. Macedonia ter rebellauit. sub Philippo. sub Perseo. sub Pseudo Philippo. Philippum Flamini⁹. Persen, Paul⁹, Pseudo Philippū. Metell⁹ oppressit. quorum triūphis Macedonia quoq; populo Romano adiuncta est. Illyricos qui auxiliū Macedonibus attulerant ex eadem occasione per. L. Manilium prętorem vicimus. Et eos cum rege Gentio in deditionē accepimus. Dardanos & Mesios Curius proconsul subegit, & prim⁹ Romanorum ducum ad Danubium vsq; peruenit.

Sub Iulio & Octauiano Caesare.

Sub Iulio & Octauiano Caesare per Alpes Iulias iter factum Alpinis omnibus iunctis Noricorum prouinciae accesserunt,

Bancone Pannoniorum rege subacto in deditionem Pannoniæ venerunt. Amantinis inter Saluum & Drauum prostratis, regio Saluensis ac secundorum loca Pannoniorum obtenta sunt. Marcomoni & Quadi de locis variecꝫ sunt inter Danubium & Drauum pulsi sunt. & limes inter Romanos & Barbaros ab Augusto per Vindaliciam per Noricum Pannoniam ac Mesiam est constitutus.

De Traiano.

TRaianus Dacos sub rege Decibalo vicit, & Daciam trans Danubium in solo Barbarico prouinciam fecit. quæ in circuitu habuit decies centena milia passuum. Sed sub Galieno imperatore amissa est & per Aurelianum translatis exinde Romanis duæ Daciæ in regionibus Mesiæ factæ sunt. habet Illyricus septem & decem prouincias, Noricorum duas: Pannoniorum duas, Valeriam, Seruiam, Slauiam, Dalmatiam: Mesiam, Daciæ duas. Et in ditione Macedoniæ sunt septē Macedonia, Thesalonica, Achaia, Epiri duæ præualis & Creta. Thracias Macedonici belli occasione transcursum est, Sæuissimi omnium gentium Thraces fuerunt in Thracum regionibus. Scordisci habitauerunt pariter crudeles & callidum genus, de quorum sæuicie multa fabulose memorantur quod hostium captiuis diis suis litauerunt, atcꝫ sāguinem humanum in ossibus capitum potare sunt soliti: sæpe per eos Romanus cæsus est exercitus. M. Didius vagantes thragas repℏssit. M. Drusius intra fines proprios continuit. Minutius in Hebro flumine Thraciæ vastauit Per Apium Claudium proconsulem hi qui Rhodopam incolebant victi sunt. Europæ Maritimas vrbes antea ro. classis obtinuit. M. Lucullus per Thraciam cum Bessis primus pugnauit, ipsamcꝫ caput gentium vicit. Thraces enim Montanos subegit, & Eumolphidam quæ nunc Philopolis dicitur. Olimpiadam quæ modo Adrianopolis nominatur in ditionem nostram redegit. Caulam cœpit, Supra portum positas ciuitates occupauit, Apolliniam, Gallaciam Parthenopolim, Thomos, Histrum ad Danubium vsqꝫ perueniens. Ro. Scythis arma monstrauit. In ditionem reip. vi. Thraciarum prouinciȩ sunt conquisitȩ. Thracias. Emipontus, Misia inferior. Scythia, Sacia, Rhodopa. in qua nunc sede arces Ro. vrbis sunt constitutȩ Cōstantinopolis. Nunc autem eas partes totumcꝫ orientem ac positas

sub vicino sole prouincias qui auctores scriptis suis parauerunt explicabo : quo studium clementię tuę quod in hisdem propagandis habebis amplius incitetur.

De orientalibus regionibus a po.Ro.subactis.


Asia societate Attali regis nota Ro.est. Eamq; attali testamento relictam hęreditario iure possidemus. ne quid tale po.non viribus partum haberet, armis per nos ab Antiocho Syriorum rege maximo est vindicata. Eadem occasione etiam Lydia sedes antiqua regnorum, Caria, Hellespontus, ac Phrygię in potestatem po.Ro. victa deditione venerunt Rhodiis, & insularum populis primum infestissimis post fidelissimis auxiliatoribus vsi sumus ita. Rhodiis insulę primum libere agebant : postea in consuetudinem parendi Romanis clementer pronocantibus peruenit. Et sub Vespasiano principe insularum prouincia facta est. Pamphiliam, Phrygiam, Cariam, Hicariam, Seruilius proconsul ad bellum Epirotarum missus obtinuit. Bithyniam defuncti Nicomedis testamento assecuti Gallogręciam. id est Gallatiam. sunt enim vt & Galli sonat nomen Gallate, quos cum Antiocho contra Romanos auxilium prębuissent inuasimus. Mumius proconsul Gallatas persecutus est, quum fugientes partim in Olympum, partim in megaram montem, qui nunc modiatus dicitur. de arduis eos in plana detrusit. Et victos in perpetuam pacem redegit. Postea Gallatiam Deiotarus Betię rex nobilis Romanis permittentibus tenuit Ad extremum sub Octauiano Cęsare Augusto Gallatia in formam prouincię redacta est. Eam primus Lolius administrauit Cappadoces primo societatem nostram sub Ariarate rege petiuerunt, posteaq; Ariobarzanes rex Cappadocum a Mithridate expulsus Romanorum armis restitutus est, semperq; in auxilia nostra fuerunt Cappadoces, & ita maiestatem coluere Romanam vt in honorem Augusti Cęsaris Megara ciuitas Cappadocię maxima Cęsaria nuncupiretur. Postremo q sub imperatore Claudio cæsare Archelaus ex Cappadocia Romam venisset : ibiq; diu detentus occubuisset, in prouincię speciem Cappadociam migrauit.

Reuertitur ad orientem.


Onthus per Pompeium victo Mithridate rege Pontico formam prouinciæ accepit. Paphlagoniam Philomenes rex amicus po.Ro.tenuit. Sæpe ex ea pulsus, regno a nobis est restitutus, quo mortuo prouincia eius Paphlagonibus imposita est. Vltra iuga Tauri montis quemadmodum Romana possessio perrexit consequenti locorum magis ꝙ temporum seruata digestione monstrabitur. Antiochus Syriæ rex potentissimus bellum formidabile po.Ro.intulit. Trecenta milia armatorum habuit. Falcatis Curribus & Elephantis aciem instruxit. A Scipione consule fratre Scipionis Aphricani in Asia apud Magnesiã victus est. Pace accepta intra Taurum regnare permissus est. Eius filii regnum Syriȩ sub Clientela po. Ro.retinuerũt, quibus defunctis Syriarum prouinciis potiti sumus. Calices & Hisauros qui se Piratis & prȩdonibus iunxerant Seruilius proconsul ad prædonum bellũ missus subegit, & viam ꝑ Taurũ mõtem primus instituit, hicq; de Callicib⁹ & Hisauris triumphauit, atq; Hisauricus cognominatus est. Cyprus famosa diuitiis paupertatẽ.po. Ro.vt occuparet̃ sollicitauit. Eam rex fœderat⁹ regebat, sed tanta fuit penuria Aerarii.Ro. & tam ingẽs fama opũ Cypriarũ, vt lege lata Cyprus cõfiscari iuberetur. quo accepto nuncio rex Cyprius venenũ sũpsit, quo vitã prius ꝙ diuitias amitteret. Cato Cyprias opes nauibus aduexit, ita vt ius eius insulæ Auarius ꝙ iustius sumus assecuti. Cyrenas cũ cæteris ciuitatibus Libiæ Pentapolis Ptolomæi antiquioris liberalitate suscepim⁹. Lybiã supmo Apionis regis arbitrio sum⁹ assecuti. Aegypt⁹ oĩs sub amicis regib⁹ fuerat: sed victa cũ Antonio Cleopatra ꝓuinciȩ formã Octaui Cȩsaris Augusti tẽpore accepit. Et primũ apud Alexandrinos. Cornelius Gallus Romanus iudex administrauit per confinia Armeniarum primũ sub.L.Lucullo Romana trans Thaurum: signa transmissa sunt, visa re Sarraceni & Hyrinæ superati cessere in Mesopotamia. ab eodem Lucullo vrbs capta est, postea per Pompeium eadem loca armis obtenta sunt. Syriæ ac Phœnices bello a Tygrane Armeniorum rege receptæ sunt. Arabes & Iudȩi in Palestina victi sunt. Ad extremum sub Traiano principe regis maioris Armeniæ diadema sublatum est. per Traianum Armenia/Mesopotamia/Syria/& Arabia ꝓuinciȩ factȩ sunt. ac limes orien=

talis supra Ripam fluminis Trigridis constitutus est, sed Adrian⁹ qui successit Traiano inuidens gloriæ Traiani sponte Armeniam & Meso potamiam, & Syriam reddidit: ac medium inter Persas & Romanos Euphratem esse voluit. Et postea sub Antoninis duobus Marco & Seuero nota pertinacia cæterisq; principibus Ro. qui aduersus Parthos euentu vario dimicauerunt, quater amissa, quater accepta Mesopotamia est. Et Diocletiani temporibus victis prima congressione Romanis, secundo autem conflictu superato rege Narseo & vxore eius ac filiab⁹ captis, & eis summa pudicitiæ custodia reseruatis, pace facta Mesopotamia est restituta. & supra Ripam Tigridis limes est refirmatus, ita vt quinq; gentium trans Tigridem constitutarum ditionem asciceremur. quæ conditio fœderis in tempus diui Constantini conseruata durauit. Scio nunc quo tua vergat intentio. requiris profecto quẽadmodum Babyloniæ & Romanorum arma collata sunt, & quibus viribus sagittis pila confoderent. breuiter euentus enumerabo. bellorum furto hostes in paucis inuenies esse lætatos, vera autem virtute sẽper Romanos probabis extitisse victores.

De. L. Sylla.

PRimum a. L. Sylla proconsule Arsaces rex Parthorum missi legatione amicitiam populi Ro. rogauit ac meruit. L. Lucull⁹ Mithridatem regno Ponti exutum ad Armeniam prosecutus est. Tigranem Armeniorum regem cum septem millibus clypeatis & centum viginti milibus sagittariorum: ipse cum decem milibus vicit. Cirram maximam Armeniæ ciuitatem expugnauit. Medeniam optimam Armeniorum regionem obtinuit. Per Meletem ad Mesopotamiam descẽdit. Ninsabium cum fratre regis cœpit. tendere in Persas paratus successionem accepit. Gn. Pompeius ex parte fœlicitatis ad mithridaticũ bellum missus Mithridatem in Armenia minore nocte aggressus prę lio superauit cæsis duobus & quadraginta milibus hominum castra ĩuasit. Mithridates enim cum vxore & duobus comitibus in Bosforos fugit. Ibi desperatione rerum suarum venenum hausit, & cum vis veneni parum ageret, a milite suo vt ferro percuteretur impetrauit. Põpeius auxiliatorem Mithridatis Tigranem Armeniorum regem persecutus est. Ille se oblato diademate apud Artassata dedit. Receptæ sunt

ab eo Mesopotamiæ, Syriæ, & aliquanta pars Phœnicis, & in Armenia minore regnare permissus est. Item Pompeius Bosforonis, & Colchis Aristarchum regem imposuit. Cum Albanis conflixit. Orcodo Albano regi ter victo pacem dedit. Hiberiam cum Arsace rege deditionem accepit. Sarracenos & Arabes vicit. Iudæa capta Hierosolymam obtinuit. Cum Persis fœdus fecit. Rediens apud Antiochiam Damnensem lacum loci delectatus amœnitate & aquarum abundantia, addito nemore consecrauit.

C.M.Crassi.



Arcus Crassus Consul aduersus rebellantes Parthos missus est. Is quum pax missa a Parthis legatione rogaretur, apud Thesiphontem responsurum se ait qui apud zeomatem traiecit. Euphratem a transfuga quodam Maracho inductus, ad ignotam camporum solitudinem descendit. Is vndiq; circumuolantibus Sagittariorum agminibus cum Silane & Silena præfectis regis est cinctus exercitus, & vitelorum obrutus ipse Crassus ad colloquium sollicitatus viuus pene capi posset repugnantibus Tribunis euaserat: & dum fugam petit occisus est: caput eius cum dextera manu refectum ad Regem perlatum est, atq; ita ludibrio habitum, vt faucibus eius aurum liquefactum infunderetur: scilicet vt qui ardens cupiditate prædandi pacem Regis rogatus abnuerat, etiam mortuo eius reliquias auri flamma combureret. L.Crassus quæstor vir strenuus Crassi reliquias fusi collegit. Exercitus contra Persas in Syriam irrumpens: ter cum summa administratione conflixit: eosq; trans Euphratem redactos vastauit. Parthi Labieno duce qui Pompeianarum partium fuerat & victus ad Persas refugerat in Syriam irruperunt, ac totam prouinciam occupauerunt. P. Ventidius Bassus Parthos qui duce Labieno Syriam inuaserat occurrens in Caparo monte cum paucis fugauit. Labienum occidit. persecutus est Persas & ad interemptionem strauit. qua congressione Parthorum regis filium die qua Crassus victus fuerat occidit, ne aliquando Romani ducis mors inulta relinqueretur Ventidius de Persis triumphauit. M. Antonius in mediam ingressus, quæ nunc Medena appellatur: bellum Parthis intulit, & primum eos vicit post duabus legionibus amissis: quum fame, pestilentia, tempestatibusq; premeretur,

vix per Armeniam Persis insequentibus reuocauit exercitum: tanto p momenta temporum terrore percussus, vt a gladiatore suo percuti po stularet, ne viuus veniret in hostium potestatem.

Regnum solummodo q̃ sub Caesaribus habitum est.

SVb Octauiano Augusto Caesare Armenia cum Parthis conspi rauit. Claudius Caesar Nepos Augusti cum exercitu missus ad orientem: quum per maiestatem Romani nominis facile cuncta sedas set: atq̃ ei tunc Armeni qui tunc temporis validiores erant Parthis de dissent: & iudices ex instituto Pompei dictis gentibus Claudius Cae sar praeficeret, Dones quidam quem Arsaces praeposuerat, proditione simulata libellum in quo scripti thesauri continerentur obtulit. quem quum Ro. imperator legeret intentius: vltro Dones aggressus Clau dium vulnerauit. percussor quidem a militibus confossus est. Clau dius vulneratus reuersus in Syriam obiit. Persę ad satisfactionem tam audacis admissi obsides tunc primum Octauio Caesari dederunt: & erepta sub Crasso signa retulerunt. Pacatis gentibus orientis: Au gustus Caesar etiam indorum legationem primus accepit. Nero quem turpissimum imperatorem Romana respublica est passa, amisit Ar menias duas. tum legiones duae sub iugo a Persis missae extremo dedecore Romani exercitus sacramenta sedauere. Traianus qui post Augustum Romanę reipublicę mouit lacertos Armeniam recepit a Parthis. sublato diademate regi Armeniae maioris regnum ademit. Albanis regem dedit. Lubros. Bossorianos. Colchos in fidem Ro manae ditionis accepit. Sarracenorum loca & Arabum occupauit. Cardumeos & Marcumenos obtinuit ante Mulsium. optimam eni Persidis regionem Seleutiam & Thesiphontem & Babyloniam ac cepit: & tenuit vsq̃ ad Indiae fines. Post Alexandrum accessit in mari rubro: Classem instituit. prouincias fecit, Armeniam, Meso potamiam, & Assyriam, quae post & apud Tigridem atq̃ Euphra tem sita irriguis tribus amnibus instar Aegypti foecundatur.

Hadrianum glorię Traiani certũ est inuidisse: q ei successit ĩperio. hic sorte ppria inde eductis exercitib⁹ in Armeniã/& Mesopotamiã/ & Asyriã cõcessit. Et ĩter Romãos & Persas Euphratẽ esse voluit. Anto nini duo Marc⁹ & Seuer⁹. hic socer, & ille gener, pariter Augusti impe

ratores orbis æquata primum potestate imperium tenuerunt. Sed ex his Antonius iunior ad expeditionem parthicam profectus est. multa ingentia aduersus Persas fœliciter gessit. Seleuchiam Assyriæ vrbē cum quadringentis milibus hostium cœpit. ingenti gloria de Persis cum socero triumphauit. Seuerus natione Apher acerrimus imperator Parthos strenuissime vicit. Ariabenos deleuit. Arabes obtriuit. Arabiam prouinciam refecit. huic cognomina ex victoriis acquisita sunt. Nam Arabenicus Parthicus & Arabicus cognominatus est. Antonius Bassianus cognomento Caracalla filius Seueri imperatoris, expeditionem in Persas parans, in Effreniam apud ciuitatem Edosam ꝓpria morte obiit, & ibidem sepultus est. Aurelius Alexander quasi fato quondam in exitium Persicæ gentis iuuenis ad modum Romani imperii gubernacula suscepit. Ipse Persarum regem nobilissimū Darsem gloriose vicit. Hic Alexander sacrorum Scriniorum magistrum habuit Vulpianum iurisconsultum. De Persis pompa spectabili triumphauit. Sub Gordiano Augusto ex iuuentutis fiducia rebellantes parthi ingentibus prœliis concussi sunt. Isq; de Perside rediēs victor, fraude Philippi qui præfectus prætorio eius erat occisus est. Milites eius in xx. miliario a Circœsso sepulchrum quod nunc extat ædificarunt, atq; exequias eius Romani cum magna reuerentia deduxerunt. Valeriani infausti principis fortunam tedet referre. Is cum Galieno suscepit imperium, sed hunc exercitus Galienum senatus imperatorem fecit: e quibus in Mesopotamiam aduersus Persas Valerianus congressus a Xapore Persarum rege superatus est, & captus dedecore vitæ suæ consenuit. Sub Galieno Mesopotamiam inuasam & Assyriam etiā sibi Persæ vendicare cœperant, nisi quod turpe est Odenatus de Curio Palmi tenus collecta Syriorum agrestium manu acriter restitisset, & fusis aliquotiens Persis non modo nostrum militem defendisset, sed etiam ad Thesiphontem. Ro. vltro imperii quod mirum est dictu penetrasset. Aureliani imperatoris gloriæ zenobia ordinati vxor accessit. ea enim post mortem mariti fœminæ ditione orientis tenebat imperium. quā Aurelianus multis Clipeatorum & Sagittariorum milibus Fretam apud Himas haud procul ab Antiochia vicit, & captam. Ro. triumphans ante currum duxit. Cari imperatoris victoria de Persis nimium

potẽs superno numini visa est. nam ad inuidiam superni numinis pertinuisse credenda est. Is enim ingressus Persidam & quasi ei nullo obstante vastauit. Colcham & Thesiphōtem vrbes nobilissimas cœpit. Quum victor totius gentis castra super Tigridem haberet, fulminis ictu interiit. Sub Diocletiano principe pompa victoria nota de Persis est. Maximianus Cæsar prima congressione quum contra innumeram multitudinem cum paucis acriter dimicasset, pulsus recessit. hic tanta indignatione a Diocletiano susceptus est vt ante carpentum eius per aliquot milia passuum occurrerit. purpuratus quum vix impetrasset vt reparato de limitaneis Daciæ exercitu euentum martis repeteret. In Armenia maiore ipse imperator cum duobus equitibus explorauit hostes: & cum viginti milibus militum superueniens, castris hostium subito innumera Persarum agmina aggressus ad interemptionem occidit. Rex Persarum Narseus effugit, & vxor eius & filiæ captę sunt, & maxima pudicitiæ custodia reseruatæ. pro qua admiratione Persidæ non modo armis, sed & moribus superiores esse confessi sũt. Sed mesopotamiam cum Transtigranis quinq; regionibus reddiderunt. pax facta est, & vsq; ad nostram memoriam reip. perutilis perdurauit. Constantinus rerum dominus extremo suæ vitæ tempore expeditionem parauit in Persas. toto enim orbe pacatis gentibus, & recenti de Gothis gloriosior victoria multis in Persis descenderat agminibus, sub cuius aduentu Babyloniæ in tantum regna trepidauerunt, vt supplex eorum legatio occurreret. Persas facturosq; se imperata promitteret, nec tamen pro assiduis eruptionibus quas sub Constantino Cæsare per orientem tentauerant veniam meruerunt. Constantinus in Persas vario ac magis difficili pugnauit euentu præter leues excubantium in limite congressiones acriore acie nouies decertatum est. per duces suos septies ipse præsens bis affuit. A veris/& grauibus pugnis Berna & Singaretia prę́sente Constantino & Segarena Constantiensi quoq; & cum amica capta est. graue sub eo principe resp. vulnus accepit. ter autem est a Persis obsessa Insibi ciuitas, sed maiori suo detrimẽto dum obsideret hostis affectus est. Marensi autem bello vbi Narseus occidit superiores discessimus. Nota vero in agro Aliensi prope Singarenam pugna vbi Constantinus affuit omnium expeditionum cō-

pensatus fuisset euentus, si locis & nocte aduersantibus parcitos fero-
cia miles ab intempestiuo pugnandi tempore imperator ipse ad lo-
quendum reuocare potuisset. Qui tamen inuicti viribus improuisi ad
uersus sitim aquarum subsidiis incumbentes vespere castra Persarum
aggressi ruptis munitionibus occuparunt. Fugatoque rege quum a prę
lio respirantes prętentis munitionibus inhiarent aquę, morbo Sagit-
tarum obruti sunt, cura stolide ad dirigendos certius in se ictus lumi-
na ipsi per noctem accensa pręberent. Iuliano in externos hostes ex-
perte fœlicitatis principi aduersus Persas motus defuit. Is cum ingen-
ti apparatu vt pote totius orbis regnator infesta in Persas signa com-
mouit, instructam commeatibus classem per Euphratem inuexit. Stre
nuus multa Persarum oppida ac Castella, aut suscepit dedita, aut ma-
nu cœpit. Quum contra Thesiphontem in Tigridis & Euphratis Ri
pam mixti castra haberet, ludosque campestres vt hosti solicitudinem
demeret, & per diem agitasset noctis in medio impositos nauibus mi-
lites in vlteriorem Ripam partis transuexit qui per ardua nitentes, qua
difficilis etiam per diem & nullo prohibente fuisset ascẽsus Persas ter
rore subito miscuerunt, versis agminibus totius gentis apertis & The
siphontis portis victor miles intrasset, ni maior prædarum occasio fu
isset quam cura victoriæ: tantam adeptus gloriam quum de reditu a mi-
litibus admoneretur intentioni suæ magis credidit. & exustis nauibus
cum transfuga qui ad fallendum se obiecerat inductus in leuam ma-
num viæ compendia sectaretur, dextrum iter aduersa Tigridis Ripa
nudato militum latere relegens quum incautius per agmen erraret,
excito puluere ereptus ex suorum conspectu ab hostium obuio equite
conspecto per ilia ictus inguine tenus vulneratus est. Inter effusionem
nimii sanguinis quum suorum ordinem licet saucius instaurasset cun
ctantem animum multos suos allocutus afflauit. Iouinianus prælii su
periorem, sed confusum morte imperatoris amissi suscepit exercitũ.
Quum commeatus deficerent. & via in reditu prolixior immineret,
Persæ Crebris excursibus nunc a fronte, nũc a tergo: mediorum quo
que latera incursantes inter agmina morarẽtur, consumptis aliquot die-
bus, tanta reuerentia Romani nominis fuit, vt a Persis primus sermo
de pace haberetur. ac tunc confectus inedia exercitus conditionibus,

quod nunq̃ antea accidit, dispendiorum Ro.reip. impositis, vt insibi & pars Mesopotamiæ traderetur: quibus cupidior regni q̃ gloriæ Iouinianus imperio rudis acquieuit. Quam magno deinceps ore tua princeps facta inclyte sint personanda, quibus me licet imparem dicendi nixu & æuo grauior parebo. Maneant modo concessa dei nutu & amico cui te credideris creditus es numine inducta fœlicitas. De hac gente sicut de Gottis, etiam Babyloniibus tibi palma pacis accedat Gloriosissime principum Valentiane Auguste.

ANGELVS TIPHERNAS.

REgnauit in Italia Ianus. Saturnus deinde. Post eum Picus, quem Faunus secutus est. Huic Latinus successit. Quo regnante Aeneas venit in Laurentem agrum Lauinium condidit. Regnauitq; annis tribus, eo consecrato cuius titulus effertur Diui patris terrestris qui numici vndas gubernat.

Ascanius in longam Albam; quam condiderat regnum trastulit. Vbi regnatum est annis supra quadringentis triginta & duobus ab

Ascanio	xxxviii.
Ascanio posthumio.	xxix.
Aenea siluio.	xxxi.
Latino siluio.	l.
Alba siluio.	xxxix.
Atyne.	xxiiii.
Capi.	xxviii.
Capeto.	xxxiii.
Tyberino.	ix.
Agrippa.	xl.
Auentino.	xxxvii.
Proca.	xxii.
Amulio.	xliii.

FINIS.

QVAEDAM CICERONIS ORATIONES CVM SVIS ARGVMENTIS. LEGE FOELICITER.

Argumentum orationis de laudibus Cæsaris occasione. M. Marcelli per cæsarem restituti. Ab Antonio Lusto collectum.



Arcellus ciuis Romanus amplissimus atq; clarissimus in dissensione ciuili fuit cum Pompeio, quemadmodum & Cicero cum multis aliis Senatoribus ciuibusq; Romanis. Confecto autem bello cæsar victor multos ex inimicis suis fautoribusque Pompei ad patriam restituit: & ad pristinam dignitatem. inter quos Ciceronem & postmodum deprecante senatu populoq; Romano restituit, & Marcellum. & ad patriam. & ad pristinam dignitatem, non obstante q Marcellus Cæsarem offendisset, & q Cæsar adhuc suspicari se diceret de voluntate Marcelli. tamen sua illa benignitate notissima suæ priuatæ passioni publicam anteposuit voluntatem. vnde hanc Cicero orationem agit ad Cæsarem. qua ipsum de illa sua humanitate diuino prope ore commendat, ostendens eum esse per suã clementiam in restitutione Marcelli summam atq; immortalem gloriam consecutum. Deinde ostendit multis rationibus non debere Cæsarem de aliquo suspicari. & tamen eum rogat vt pro salute publica vitam suam custodiat, sine qua non possit dignitas reipublicæ nec restitui nec seruari.

Genus causæ in quo habetur oratio.



Ota hæc oratio est in demonstratiuo genere constituta, & in ea parte quo solum in laude versatur. Nam summe laudat hic Cæsarem pro restitutione Marcelli, vnde est attributa in alicuius certæ personæ laudem, propter quod fit vt in demonstratiuo sit genere laudat & summe Marcellum, vt Cæsaris factum laudabilius videatur tali homine patriæ restituto, nec illa pars in qua cæsarem admo-

net de custodia & cura vitæ pricipale mutat genus causæ, omnia enim ad laudem Cæsaris referuntur, vt planum est. sic q hæc oratio vt dixi in demonstratiuo genere tota est, & separatim tractata, quod non sæpe accidere dicit Cicero. demonstratiuum siquidem genus sæpius in causis cum aliis duobus commiscetur vt ex dictis superius in multis locis apparere potest.

Constitutio causæ in qua hæc habetur oratio.



Ideri potest hæc constitutio iuridicialis, cum Cicero laudat hic Cæsarem. q in restituendo Marcellum id clæmenter fecerit, quod non solum iure sed pie ac sancte facere debuerit. Notandum tamen q in huiusmodi genere vbi controuersia nulla est, non sic aperte & faciliter constitutio causæ emergit, vt in causis apertarum controuersiarũ. quales sunt iudiciales, & nonnũquam deliberatiuæ. vt enim ait Marcianus in demonstratiuo genere quemadmodum status emergat non est facile commemoratu.

Ex quarto libro epistolarum familiarium in epistola Ciceronis ad Seruium Sulpicium.

NOn tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus. atq; hoc ipso melior est tua quam nostra condicio, quod tu quid doleas scribere audes, nos ne id quidem tuto possumus. Neq; id victoris vitio quo nihil moderatius, sed ipsius victoriæ, quæ ciuilibus bellis semper est insolens. Vno te vicimus, quod de Marcelli collegæ tui salute Paulo antequam tu cognouimus, etiam Hercule quod quemadmodum ea res ageretur, vidimus. Nam sic fac existimes, post has miserias, idest postquam armis disceptari cœptũ est de iure publico, nihil actũ esse aliud cum dignitate. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli: sic enim appellabat: laudataq; honorificentissime & æquitate tua & prudentia, repente præter spem dixit se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. Fecerat autem hoc Senatus, vt cum a. L. Pisone facta esset mentio de Marcello. & cum Marcellus se ad pedes Cæsaris abiecisset, cunctus assurgeret Senatus, & ad Cæsarem supplex accederet. Noli quærere. ita mihi pulcher hic dies visus est, vt speciem aliquam viderer videre quasi reuiuiscentis reip. Itaq; cũ omnes ante me rogati gratias cæsari egissent præter volcatiũ, is enim

si eo loco esset, negauit se facturũ fuisse: Ego rogatus mutaui meũ consiliũ. Nã statuerã non me Hercule inertia, sed desiderio pristinæ dignitatis in perpetuũ tacere. fregit hoc meũ consiliũ & Cæsaris magnitudo animi & senatus officiũ. Itaq; pluribus verbis egi Cæsari gratias: neq; metuo etiã in cæteris rebus me honesto ocio priuari, quod erat vnũ solatiũ in malis. Sed tamen quoniã effugi eius offensionẽ, qui fortasse arbitraretur me hanc rẽp. non putare si perpetuo tacerẽ: modice hoc faciã. vel potius ĩtra modũ. vt & illi⁹ volũtati & meis studiis fuiã.

Oratio Ciceronis, in qua gratias egit Cæsari in curia corã Senatu pro. M. Marcello reip. restituto.



Iuturni silentii mei. P.C. quo erã his tẽporibus vsus non timore aliquo, sed partĩ dolore partĩ verecundia, finẽ hodiernus dies attulit: idẽq; initiũ quæ vellẽ: quęq; sentirẽ meo pristino more dicendi. Tantã. n. mansuetudinẽ, tã inusitatã inauditãq; clæmentiã, tantũ in summa potestate rerũ omniũ modũ, tã deniq; incredibilẽ sapientiã ac pene diuinã tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis. P.C. Reiq;. P. reddito non solũ illius sed etiã meã vocẽ & autoritatẽ & vobis & Reipu. conseruatãac restitutã puto. Dolebã eñi. P.C. ac vehementer angebar, cũ viderẽ virũ talẽ qui in eadẽ causa esset. in qua ego fuissẽ, non in eadẽ esse fortuna. Nec mihi persuadere poterã, nec fas esse ducebã, versari me in vestro veteri curriculo, illo æmulo atq; imitatore studiorũ ac laborũ meorũ quasi quodã socio & comite distracto. Ergo & mihi & meæ pristinæ vitæ consuetudinẽ. C. Cæsar interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene de republica sperandum quasi signũ aliquod sustulisti. Intellectũ eñi est mihi quidẽ in multis & maxime in meipso & pauloante in omnibus, cũ. M. Marcellũ senatui reiq; publicæ concessisti, cõmemoratis præsertĩ etiã offensionibus, te auctoritatẽ huius ordinis, dignitatẽq; reip. tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre. Ille quidẽ fructũ omnis anteactæ vitæ hodierno die maximũ cepit, cũ summo consensu senatus, tũ iudicio tuo grauissimo & maximo. Ex quo profecto intelligis quanta in dato beneficio

sit laus, cũ in accepto tanta sit gloria. est vere fortunatus ille, cuius ex sa lute non minor pœnę ad omnes quã ad illum ventura sit lætitia, peruenerit: quod quidem ei merito atq; optimo iure contingit. Quis enĩ est illo aut probitate, aut nobilitate, aut optimarũ artiũ studio, aut innocentia, aut vllo laudis genere præstantior. Nullius tantum flumen ingenii est, nulli dicendi aut scribendi tanta vis, tantaq; copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare. C. Cæsar res tuas gestas possit. Tamen hoc affirmo. & hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliorem, quã eam quam hodierno die consecutus es. Soleo sæpe ante oculos ponere idq; libenter crebris vsurpare sermonibus, omnes nostrorum imperatorum, omnes externarum gentium potentissimorumq; populorum, omnes regum clarissimorũ res gestas cum tuis, nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorũ posse conferri. Nec vero disiunctissimas terras citius passibus cuiusquã potuisse peragrari quã tuis, non dicã cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Quæ quidẽ ego nisi ita magna esse fatear, vt ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit: amens sim. Sed tamen sunt alia maiora. Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis. easq; detrahere ducibus. cõmunicare cum multis: ne propriæ sint imperatorum. & certe in armis militum virtus. locorum opportunitaş. auxilia sociorum. classes. cõmeatus multum iuuant. Maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat. & quicquid est prospere gestum, id pene omne ducit suum. Ad vero huius gloriæ. C. Cæsar quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem. Totum hoc quantumcunq; est quod certe maximum est, totum inquam est tuum. Nihil enim tibi ex illa laude Centurio. nihil præfectus. nihil cohors. nihil turma decerpit. quin etiam illa humanarum rerum domina fortuna in istius societatem gloriæ se non offert. tibi cedit. tuam esse totã & propriã fatetur. nunquã enĩ temeritas cũ sapientia cõmiscetur, neq; ad consiliũ casus admittitur. Domuisti gẽtes imanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis ĩfinitas, omni copiarũ gñe abũdãtes. Sed tñ ea vicisti, quę naturã & cõditionẽ vt vinci vi possent, habebant. Nulla enim est tanta vis, tanta copia,

quæ non ferro ac viribus debilitari ac frangi possit. Verum animum vincere.iracundiam cohibere.victoriam temperare.aduersarium nobilitate ingenio virtute præstantem non modo extollere iacentē,sed etiā amplificare eius pristinam dignitatem,hæc qui faciat non ego cum summis viris comparo,sed simillimum deo iudico.Itaq;.C.Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem neq; solum nostris,sed pene omnium gētium litteris atq; linguis,neq; vlla vnq; ætas de tuis laudibus conticescet.Sed tamen eiusmodi res nescio quomodo etiam cum leguntur,obstrepere clamore militum videntur,& tubarum sono.At vero cum aliquid clęmenter.mansuete.iuste.recte.moderate.sapienterq; factum in iracundia præsertim quæ est inimica consilio & in victoria,quæ natura & insolēs & superba est,aut audimus aut legimus,quo studio incendimur,non modo in gestis rebus,sed etiam ī fictis,vt eos sæpe quos nunquam vidimus diligamus.Te vero quem pręsentem intuemur,cuius mentem sensusq; & os cernimus,vt quidquid belli fortuna reliquum reipublicæ fecerit,id esse saluum velis,quibus laudibus efferemus.quibus studiis prosequemur.qua beniuolentia complectemur.Parietes.C.Cæsar mediusfidius vt mihi videtur,huius curiæ tibi gratias agere gestiunt,q̄ breui tempore illa futura sit auctoritas in his maiorum suorum & suis sedibus.Equidem cum.C.Marcelli viri optimi & commemorabili pietate ac virtute pręditi lachrymas modo vobiscum viderem:omnium Marcellorum meum pectus memoria effudit,quibus tu etiam mortuis.M.Marcello conseruato dignitatē suam reddidisti,nobilissimamq; familiam iam ad paucos redactā pœnæ ab interitu vindicasti.Hunc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones.Hæc enim res vnius est propria.C.Cæsaris,cæterę duce te gestæ:magnę illę quidem sed tamen multo magno comitatu.Huius autem rei tu idem dux es & comes:quæ quidem tanta est,vt nulla tropęis & monumētis tuis allatura sit finē ætas. Nihil autem est opere aut manu factum,quod aliquando non cōficiat & non consumat vetustas.At vero hæc tua iusticia & lenitas florescet cotidie magis,ita vt quantum operibus tuis diuturnitas detrahet,tantum afferet laudibus.Et cum cæteros quidem omnes victores bellorum ciuilium iam antea æqtate & misericordia viceras,hodierno vero die

teipsum vicisti. Vereor ne hoc quod dicam non perinde possit intelligi auditu, atque ego ipse cogitans sentio, ipsam victoriam vicisse videris, cum ea illa quae adepta erat, victis remisisti. Nam cum ipsius victoriae conditione iure omnes victi occidissemus: clementiae tuae iudicio conseruati sumus. Recte igitur vnus inuictus es, a quo etiam ipsius victoriae condicio vsque deuicta est. Atque hoc. C. Caesaris iudicium. P. C. quam late pateat attendite. Omnes enim qui ad arma fato sum⁹ nescio quo reipublicae misero funestoque cōpulsi: & si aliqua culpa teneremur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. Nam cum. M. Marcellū deprecantibus vobis reipubli. conseruauit, memet mihi & item reipubli. nullo deprecante, & reliquos amplissimos viros & sibiipsis & patriae reddidit, quorum & frequentiam & dignitatem hoc ipso in consessu videtis, non ille hostes induxit in curiam, sed iudicauit a plerisque ignorantia potius & falso atque inani metu, quam cupiditate & crudelitate ciuile bellum esse susceptum. Quo quidem in bello semper de pace agendum audiendumque esse putaui: semperque dolui nō modo pacem, sed & orationem ciuium pacem efflagitantium repudiari. Neque enim ego illa nec vlla vnquam secutus sum arma ciuilia, semperque mea consilia pacis & togae socia non belli atque armorum fuerunt. hominem sum secutus priuato officio non publico. Tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem prudens & sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Quod quidem meum consilium minime obscurum fuit. Nam & hoc in ordine integrare multa de pace dixi, & in ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo erit tam iniustus rerum aestimator, qui dubitet: quae Caesaris voluntas de bello fuerit, cum pacis autores conseruandos statim censuerit, & caeteris fuerit iratior. Atque id minus mirum videretur fortasse tum, cum incertus exitus & anceps esset fortuna belli. Qui vero victor pacis autores diligit, is profecto declarat maluisse se non dimicare quam vincere. Atque hui⁹ quidem rei. M. Marcello sum testis. nostri enim sensus vt in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum & quanto cum dolore vidi, cū insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriae ferocitatem extimescentem. Quo gratior tua liberalitas. C. Caesar nobis: qui-

illa vidimus, debet esse. non eni iā causæ sunt inter se, sed victoriæ cōparandæ. Vidimus tuā victoriā præliorū exitu terminatā. gladiū vagina vacuū in vrbe non vidimus. Quos amisimus ciues, eos martis vis perculit non ira victoriæ, vt dubitare debeat nemo, quin multos si fieri posset. C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniā ex eadē acie conseruat quos potest. Alterius vero partis nihil amplius dico, quā id quod omnes verebamur, nimis iracundā futurā fuisse victoriā. Quidā enim non modo armatis sed interdū etiā ociosis minabantur. Nec quid quisq; sensisset, sed vbi fuisset, cogitandū esse dicebant. Vt mihi quidē videantur dii īmortales etiā si pœnas a Po. Ro. ob aliquod delictum expetiuerint, qui ciuile bellū tantū & tā luctuosum excitauerunt, vel placati iā vel etiā satiati aliquando omnē spem salutis ad clementiā victoris & sapientiā contulisse. Quare gaude tuo isto tā excellenti bono, & fruere cum fortuna & gloria, tū etiā natura & moribus tuis, ex quo quidē maximus est fructus iucunditasq; sapienti. Cætera tua cū recordabere, & si persæpe virtuti tamen plerunq; fœlicitati tuæ gratulabere. De nobis quos in Republica tecū simul saluos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de mirabili liberalitate, toties de singulari sapientia tua cogitabis. Quæ non modo sūma bona, sed nimirū audebo vel sola dicere. Tantus est eni splendor in laude vera: tanta in magnitudine animi & consilii dignitas, vt hæc a virtute donata, cætera a fortuna accōmodata esse videantur. Noli igitur in conseruandis bonis viris defatigari non cupiditate præsertim aut prauitate aliqua lapsis, sed opinione officii stulta fortasse certe non improba, & specie quadam Reip. Non eni culpa tua est, si te aliqui timuerunt: contraq; sūma tibi laus est, quod plerīq; minime timendū fuisse senserunt. Nūc venio ad grauissimā querelā & atrocissimā suspicionem tuā, quæ non tibi ipsi magis q̄ cū omnibus ciuibus, tū maxime nobis qui a te conseruati sumus, prouidenda est, quam & si spero esse falsam, nunquā tamen verbis extenuabo. Tua eni cautio nostra cautio est: vt si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, q̄ parum prudens. Sed quisnam est iste tam demens, qui scilicet tibi insidiaretur. de tuis ne? sed qui magis sunt tui, q̄ quibus tu salutem insperantibus reddidi

sti. An ex eo numero qui vna tecum fuerunt. Non est credibilis tantus in vllo furor, vt quo duce omnia summa sit adeptus, huius vitam non anteponat suæ. At si tui nihil cogitant sceleris, cauendum est, ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt aut sua pertinacia vitam amise= runt, aut tua misericordia retinuerunt, vt aut nulli supersint de inimi= cis, aut qui superfuerunt, amicissimi sint. Sed tamen cũ in animis ho= minũ tantæ latebræ sint & tanti recessus, augeamus sane suspicionem tuã: simul enĩ augebimus diligentiã. Nã quis est omniũ tã ignarus re= rũ, tã rudis in Rep. tã nihil vnquã nec de sua nec de cõmuni salute cogi tans: qui non intelligat tua salute contineri suã, & ex vnius tui vita vi= tam pendere omniũ? Equidẽ dies noctesq; de te vt debeo, cogitans ca= sus humanos & incertos euentus valetudinis & naturæ cõmunis fragi litatem extimesco: doleoq; cum Respu. imortalis esse debeat: eã in vni9 mortalis anima consistere. Si vero ad humanos casus incertosq; euen= tus valetudinis sceleris etiam accedat insidiarumq; consensio: quẽ deũ etiam si cupiat, opitulari posse Reipu. credamus? Omnia sunt excitan= da tibi. C. Cæsar vni, quæ iacere sentis belli ipsius impetu, quod neces= se fuit, perculsa atq; prostrata constituenda iudicia, reuocanda fides, cõ primendæ libidines. propaganda soboles. omniaq; quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. Non fuit recusandũ in tan= to ciuili bello tantoq; animorũ ardore & armorũ quin quassata Respu. quicunq; belli euentus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis & præsidia stabilitatis suæ: multaq; vterq; dux faceret armatus, quæ idẽ togatus fieri prohibuisset. Quæ quidẽ tibi nunc omnia belli vul= nera sananda sunt, quibus præter te mederi nemo potest. Itaq; illam tuã praeclarissimã & sapientissimã vocẽ inuitus audiui satis te diu vel natura vixisse, vel gloriæ. Satis si ita vis naturæ fortasse: addo etiã si pla cet gloriæ: At quod maximũ est, patriæ certe parum. Quare omitte quæso istã doctorũ hominũ in contẽnenda morte prudentiã. Noli no stro periculo sapiens esse. Sæpe enim venit ad aures meas te idem istud nimis crebro dicere. Satis te tibi vixisse. credo. sed tum id au= direm, si tibi vni viueres. aut si tibi etiam soli natus esses. Nunc cum omnium salutem ciuium cunctamq; Rempublicam res tuæ ge stæ complexæ sint. tantum abes a perfectione maiorum operum,

vt fundamenta quæ cogitas nondum ieceris. Hic tu modum vitæ tuę nō salute reipublicæ: sed æquitate animi definies! Quid si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est! cuius te esse auidissimum, quamuis sis sapiēs, non negabis. Parum ne igitur inquies gloriam magnam relinquimus! Immo vero aliis quamuis multis satis: tibi vni parum. Quid quid enim est q̄uis amplum sit, idem certe parum est tum cum est aliquid amplius. Quod si rerum tuarum immortalium. C. Cæsar hic exitus futurus fuit, vt deuictis aduersariis rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est: vide quæso ne tua diuina virtus admirationis plus sit habitura quam gloriæ. Siquidem gloria est illustris peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam: vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc tibi igitur reliqua pars est. restat actus. in hoc elaborandum est, vt rempublicam constituas: eaq; in imprimis composita cum summa tranquillitate & ocio perfruare. Tum te & si voles cum & patriæ quod debes solueris, & naturam ipsam expleueris satietate viuendi, satis diu vixisse dicito. Quid est enim omnino hoc ipsum diu: in quo est aliquid extremum, quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est: quia postea nulla futura est. Quamquam iste tuus animus nunquam his angustiis quas nobis natura ad viuendum dedit contentus fuit: semperq; immortalitatis amore flagrauit. Nec vero hæc tua vita dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur. Illa inquam illa vita est tua Cæsar: quæ vigebit memoria sæculorum omnium: quam posteritas alet: quam ipsa æternitas semper intuebitur. Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet. quæ memoret quidem, & quæ miretur iam pridem multa habet, nunc etiam quæ laudet expectat. Obstupescent posteri certe imperia, prouintias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibilesq; victorias, monumenta innumera triumphos audientes & legentes tuos. Sed nisi hæc vrbs stabilita tuis consiliis & institutis fuerit, vagabitur modo tuum nomen longe atq; late: sedem autem stabilem & domicilium certum non habebit. Eritq; inter eos etiam qui nascentur: sicut inter nos fuit magna dissensio, cum alii laudibus ad cœlum res tuas gestas efferent, alii fortasse aliud requirent, idq; vel maxi-

mum nisi belli ciuilis incendium salute patriæ restinxeris, vt illud fati fuisse videatur, hoc consilii. Serui igitur his etiam iudicibus, qui multis post sæculis de te iudicabunt. Equidem nescio an incorrupti⁹ quã nos. Nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inuidia iudicabunt. Id autem etiam si tunc ad te: vt quidam falso putãt, non pertinebit, nunc certe pertinet te esse talem, vt laudes tuas obscuratura nulla vnquam sit obliuio. Diuersæ voluntates ciuium fuerunt: distractæq; sententiæ. Non enim consiliis solum & studiis, sed armis etiã & castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quædam. erat certamen inter clarissimos duces. Multi dubitabant quid optimum esset. Multi quid sibi expediret, multi quid deceret, nonnulli etiam quid liceret. Perfuncta est respublica hoc misero fataliq; bello. Vicit is qui non furia inflãmaret odium suum, sed bonitate leniret. Neq; omnes quibus irat⁹ esset. eosdem etiam exilio aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis arrepta sunt. Ingrat⁹ est iniustusq; ciuis: qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum, vt iam ille sit melior qui in acie cecidit, quam qui in causa animam profudit. Quæ enim pertinacia quibusdam: eadem aliis constãtia videri potest. Sed quia iam omnis fracta dissensio est armis & extincta æquitate victoris, restat vt omnes vnum velint, qui habent aliquid non sapientiæ modo sed etiam sanitatis, nisi te. C. Cæsar saluo etiam in ista sententia qua cum antea tum hodie maxime vsus es manente, salui esse non possumus. Quare omnes te qui hæc salua esse volumus, & hortamur, & obsecramus, vt vitæ vt saluti tuæ consulas: omnesq; tibi, vt pro aliis etiam loquar, id quod de meipso sentio, quoniam subesse aliquid putas quod cauendum sit, non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. Sed vt vnde est orta ĩ eodem oratio mea terminetur: maximas tibi omnes gratias agimus. C. Cæsar, maiores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus & lachrymis sentire potuisti. Et quoniam non est omnibus astantibus necesse dicere, a me certe dici volunt cui necesse est quodammodo & quod volunt certe & quicquid fieri decet: & quod. M. Marcello a te huic ordini. P. Q. R. & respu. reddito fieri id intelligo. Nam lætari omnes non vt de vnius solum sed vt de commu-

ni omnium salute sentio. Quod autem summæ beniuolentiæ est, quæ mea erga illum omnibus nota semper fuit. vt vix. C. Marcello optimo & amantissimo fratri. præter eum quidem cederem nemini. cum id sollicitudine cura labore tam diu præstiterim. quam diu est de illius salute dubitatum. certe hoc tempore magnis curis molestiis doloribus liberatus præstare debeo. Itaq;. C. Cæsar sic tibi gratias ago: vt me omnibus rebus a te non seruato solum sed etiam ornato. tamen ad tua in me vnum innumerabilia merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, magnus hoc tuo facto cumulus accesserit.

Argumentum in orationem pro lege Manilia.

Pontus regio est Asiæ communiter acceptæ ab occasu partem habens propontidis, quæ ipsam a Thracia dirimit. a septentrione pontum euxinum, a quo pontus ipsa regio cognominata est. a meridie vero Asiam habet proprie dictam, quæ & minor nuncupatur. ab ortu Bithyniam. In hac regione Mithridates a septem Persis magorum interfectoribus oriundus regnauit. vir magna vi animi & corporis. quippe qui sexiugos equos regeret. quinquaginta gentium ore loqueretur. duabus & viginti nationibus quibus præerat, sine interprete ius diceret. Eo deniq; potentiæ peruenit, vt quadringentarum nauium classem. quinquaginta equitum millia peditum ducenta quinquaginta in armorum procinctu haberet. Machinarum præterea quantum opus erat non modo ad regni præsidia, verumetiam ad oppugnanda finitimorum oppida. Is cum populo Romano duos & quadraginta annos bellum gessit. Causa belli. quod Romani Cappadociæ regnum Ariobarzani, Bithyniæ vero Nicomedi restituerant. quæ Mithridates diceret ad se pertinere. Romanis deinde bello sociali diffidentibus eadem pulsis regibus recuperauit. Asiam Romanam prouinciam inuasit, missis litteris vt omnes Romani. qui in prouincia negociabantur, certa die occiderentur. Græciam insulasq; omnes rhodo excepta occupauit. Q. opium prætorem proditum a suis in vincula coniecit. Manium Attilium legatum in asino sedentem iussit per oppida circumferri. atq; pergami aurum liquidum in os eius infundi. dicens/ aurum siti sti/ aurum bibe. Consulibus deinde prouincias sortitis syllæ pontus

obuenit. quo cum peruenisset Regem praelio fudit. classem eius Archelai proditione intercepit. Atq; iterum apud Dardanum superatum potuit capere, nisi ad bellum ciuile Marianum festinans qualemcunq; pacem componere maluisset, nihilominus tamen de illo triumphauit. L. Murena deinde syllae successit ab illo relictus cum duabus legionibus, qui & ipse de rege quoq; triumphauit. Mortuo deinde sylla, Lucullus classis praefectus decernitur imperator, qui aliquot praeclaris reb9 gestis Romam rediit. Cunq; rex in dies insolesceret, atq; in prouincias grassaretur Romanorum. bellum contra Mithridatem a Senatu populoq; denuo decretum est. Sed de imperatore deligendo coeptum est inter Senatum plebemq; disceptari. Tum. C. Manilius tribunus plebis indignatione maxima nobilitatis legem promulgauit qua Pompeio summa belli demandata est. Cui aliqui ex ordine Senatorio intercesserunt. Cicero apud populum Manilii legem hac egregia oratione defendit quae proculdubio in genere deliberatiuo est. Nam quod Antonius Luscus ait ex parte esse in genere demonstratiuo, quoniam circa Pompeii laudes versatur, non est admittēdū: ꝓpterea qḋ nō agit̄ hic potissimū de Pōpeii laude. sed de imꝑatore deligēdo. sed vt designet̄ ex incidēti laudat̄ a Cicerone. Sic i genere iudiciali patron9 laudat reū quē defēdit: atq; ꝑinde testes quos ꝓduxit, atq; e diuerso ab aduersario in iudicium productos vituperat. & in oratione ꝓ Archia poeta plurimus est in laude artis poeticae. Sed quia generis deliberatiui duae sunt species suasio & dissuasio, erit hec oratio in specie suasionis. Suadet namq; Cicero Po. Ro. primum vt decernatur hoc bellum. deinde vt tanto apparatu geratur, quanto habita ratione virium & potētiae hostilis. Tum vt Pompeius huic bello potissimum ꝑficiatur. Habito itaq; genere & specie causae, intendenda est animi acies ad statum causae siue constitutionem vt Cicero appellat, vulgus iurisperitorum litis cōtestationem, ex qua nascitur summa siue maxima q̄stio. Ea est an Pompeio demādandum sit hoc bellum. Ex statu namq; causę nascitur quaestio. vt occidisti. non occidi. in hoc est conflictus vtriusq; partis, ex quo oritur quęstio an occiderit, & qa quęstio est de facto arguendum est ex cōiecturis. quod si diceret aduersarius occidisti, pars altera occidi, nondum est status causae quia nul

la est adhuc controuersia. sed si addat iure occidi. hic iam est partium cõflictus an iure occiderit, quæ iam non facti sed iuris quæstio est, atq͡ꝫ p leges argumentandum. Possumus tamen duplici statu causæ vti sed altero minus altero magis principali. vt occidisti. non occidi. sed si occidissem iure potui occidere. hoc in loco statu possumus vti, sed ad illũ magis animum intendere debet orator, qui est in causa potior, altero vtetur quasi auxilio. In hac igitur oratione plures poterant esse status causæ quos omnes breuiter perstringit Cicero, donec veniat ad illum in quo incipit aduersarius dissentire, vbi vires suas effũdit omnes, quoniam in eo causæ victoria consistit. Nam primus vtriusq͡ꝫ partis conflictus potuit esse in hoc. gerendum est bellum. non est gerendũ. Hinc quæstio an sit gerendum. sed hoc/pars altera recipit: hoc est quod sit gerendum. Alter in hoc. gerendum est bellum magno apparatu. dico quod est gerendum: sed non tanto apparatu quãto tu putas. hinc quæstio, quanto apparatu bellum hoc sit gerendum. Tertius gerẽdum est bellum & quantũuis magno apparatu, sed non hoc imperatore. Hic quæstio an bellum sit administrandum a Pompeio. quo in loco Cicero totus incumbit vt Pompeium a quattuor virtutibus potissimum commendet, quæ sunt propriæ imperatoris. peritia rei militaris. bellica virtus. autoritas. fœlicitas. Inuentis itaq͡ꝫ genere. specie & statu causæ in quibus hæc oratio constituta est: videamus nunc eius partes: quæ oratorum omnium consensu sex numerantur. Imprimis est exordium. deinde narratio in parte illa. Atq͡ꝫ vt inde oratio mea proficiscatur. Tum partitio in loco illo. Primum mihi videtur. Postea confirmatio in parte illa. Genus est enim huiusmodi. Deinceps confutatio. in parte illa. At enim vir clarissimus. Tum demum peroratio. vbi legitur. Quæ cum ita sint.

M.T.C. Pro lege manilia oratio,



Vamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissim⁹, ad dicendum ornatissimus est visus Quirites, tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq͡ꝫ maxime patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Nam cum antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere au

derem, statueremq; nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui. Ita neq; hic locus vacuus vnq̄ ab iis: qui vestram causam defenderent. & meus labor in priuatorum periculis caste integreq; versatus ex vestro iudicio fructum amplissimum est consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum. facile intellexi Quirites & quid de me iudicaretis. & quid aliis præscriberetis. Nunc cum & autoritatis in me tantum sit. quantum vos honoribus mandandum esse voluistis. & ad agendum facultatis tantum. quantum homini vigilanti ex forensi vsu prope cotidiana dicendi exercitatio potuit afferre. certe & si quid etiam dicendo consequi possum. iis ostendam potissimum. qui ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. Atq; illud ī primis mihi lætandum iure esse video. q̄ in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicēdi causa talis oblata est. in qua oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim de Gn. Pompeii singulari eximiaq; virtute. Huius autem orationis difficilius est exitum. q̄ principium inuenire. Ita mihi non tam copia. quam modus in dicendo quærendus est. Atq; vt inde oratio mea proficiscatur. vnde hæc omnis causa ducitur. bellum graue & periculosum vestris vectigalibus atq; sociis a duobus potentissimis regibus infertur Mithridate. & Tigrane. quorum alter relictus. alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. E quitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie litteræ. quorū magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercēdis occupatæ. qui ad me pro necessitudine. quæ mihi est cum illo ordine causam. R.P. periculaq; rerum suarum detulerunt. Bithyniæ quæ nunc vestra prouincia est vicos exustos esse complures. regnum Ariobarzanis quod finitimum est vestris vectigalibus totum esse in hostiū potestate. Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere. huic q succurrerit. non satis esse paratum ad tantum bellum administrādum. vnum ab omnibus sociis & ciuibus ad id bellum imperatore deposci atq; expeti. eundem hunc vnum ab hostibus metui præterea neminē. Causa quæ sit videtis, nunc quid agendum sit considerate. Primum mihi videtur de genere belli. deinde de magnitudine. tum de imperato-

re diligendo esse dicendum. Genus est enim huiusmodi. quod maxime vestros animos excitare atq; inflāmare debet. Tradita est & agitur salus sociorum atq; amicorum, pro qua multa maiores nostri magna & grauia bella gesserunt. Aguntur certissima. po. Ro. vectigalia & maxima. quibus amissis & pacis ornamenta. & subsidia belli requiretis. Aguntur bona multorum ciuium. quibus est a vobis & ab imperatoribus Reip. consulendum. & quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atq; auidi laudis fuistis. delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. quæ penitus iam insedit. atq; inueterauit in po. Ro. nomine. q̄ is qui vna die tota Asia tot ciuibus vno nuncio atq; vna significatione litterarum ciues Ro. necandos trucidandosq; denotauit. non modo adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit. sed ab illo tempore tertium iam annum & vigesimum regnat: & ita regnat, vt se non Ponto neq; Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno atq; in nostris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari. Etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, vt ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. Triumphauit. L. Sylla. Triumphauit. L. Murena de Mithridate duo fortissimi viri & summi imperatores: sed ita triumpharunt, vt ille pulsus superatusq; regnaret. Veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda: quod egerunt: venia danda quod reliquerunt: propterea q̄ ab eo bello Syllam in Italiam Respu. Murenam Sylla reuocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit: qui postq̄ maximas ædificasset ornassetq; classes, exercitusq; permagnos quibuscunq; ex gentibus potuisset comparasset, Bosporanis finitimis suis bellum inferre simulasset, vsq; ad Hispaniam legatos Electanis misit ad eos duces, quibus cum tum bellum gerebamus, vt cum duobus in l ocis disiunctissimis maximeq; diuersis vno consilio ab vnis hostium copiis bellum terra mariq; gereretur, vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum Sertorianæ atq; Hispaniensis quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. Gn. Pom. diuino consilio ac singulari virtute depulsum est. In altera parte ita res a. L. Lucullo summo viro est administrata, vt initia illa

gestarum rerum magna atq; praeclara non faelicitati eius, sed virtuti. Haec autẽ extrema quae nuper acciderunt: non culpae sed fortunae tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicã alio loco: & ita dicã Quirites, vt neq; vera laus ei detracta oratione nostra, neq; falsa ac ficta esse videatur. Sed pro vestri imperii dignitate atq; gloria: quoniam is est exorsus orationis meae, videte quẽ vobis animũ suscipiendũ putetis. Maiores nostri saepe mercatoribus ac nauicularoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Vos tot ciuiũ Romanorũ millibus vno nuncio atq; vno tẽpore necatis, quo tandẽ animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbius Corinthũ patres vestri totius graeciẹ lumen extinctũ esse voluerunt. Vos eũ regẽ inultũ esse patiemini, qui legatũ po. Ro. consularẽ vinculis ac verberibus atq; omni supplicio excruciatũ necauit? Illi libertatẽ ciuiũ Romanorũ iminutã nõ tulerunt. Vos vitã ereptã negligetis? Ius legationis verbo violatũ illi persecuti sunt. Vos legatũ omni supplicio interfectũ relinquetis. Videte ne vt illis pulcherrimũ fuit tantã nobis imperii gloriã relinquere, sic vobis turpissimũ sit illud quod accepistis tueri & conseruare non posse. Quid q̃ salus sociorũ sũmũ in periculũ ac discrimen vocatur. regno expulsus est Ariobarzanes rex socius populo. Ro. atq; amicus. Imminent duo reges toti Asiae non solũ vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atq; amicis. Ciuitates autẽ omnes cuncta Asia atq; graecia vestrũ auxilium expectare propter periculi magnitudinẽ coguntur. Imperatorẽ a vobis certũ deposcere, cũ praesertĩ vos aliũ miseritis: neq; audent, neq; se id facere sũmo sine periculo posse arbitrãtur. Vidẽt & sentiũt hoc idẽ quod & vos vnũ virũ esse in quo sũma sint omnia, & eũ prope esse, quo etiã carent aegrius: cuius aduẽtu ipso atq; nomine tametsi ad Amanũ montẽ venerit, tamẽ impetus hostiũ repressos intelligũt atq; retardatos. Hi vos quoniã libere loqui non licet tacite rogant: vt se quoq; sicut caeterarũ prouintiarũ socios dignos existimetis, quorũ salutẽ tali viro cõmẽdetis. Atq; hos etiã magis quã cẹteros. Eiusmodi ĩ prouintiã homines cũ imperio mittim⁹: vt etiã si ab hoste defendãt, tamen ipsorũ aduentus in vrbes sociorum non multũ ab hostili expugnatione differant. Hunc audiebant antea, nunc praesentem vident: Tanta temperantia. tanta mansuetudine. humanitate. vt ii beatissimi esse vi-

deantur.apud quos ille diutissime commoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti maiores vestri cum Antiocho.cum Philippo.cum Aetolis.cum pœnis bella gesserunt.quanto vos studio conuenit iniuriis prouocatos sociorum salutem vna cum imperii vestri dignitate defendere.præsertim cum de vestris maxime vectigalibus agatur. Nam cæterarum prouintiarum vectigalia Quirites tanta sunt, vt his ad ipsas prouintias tutandas vix contenti esse possimus. Asia vero tam opima & fertilis est,vt & vbertate agrorum & varietate fructuum.& magnitudine pastionis & multitudine earum rerum quæ exportantur facile omnibus terris antecellat. Itaqȝ hæc vobis prouintia Quirites.si & belli vtilitatem & pacis dignitatem sustinere velitis.non modo a calamitate.sed etiam a metu calamitatis est defendenda. Nam in cæteris rebus cum venit calamitas.tum detrimentum accipitur.at in uectigalibus non solum aduentus mali.sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiæ non longe absint etiam si irruptio nulla facta sit.tamen pecora relinquuntur.agricultura deseritur. mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neqȝ ex portu.neqȝ ex decimis. neqȝ ex scriptura vectigal conseruari potest. Quare sæpe totius anni fructꝰ vno rumore piculi atqȝ vno terrore belli amittitur. Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vobis vectigalia pensitant.aut eos qui exercent atqȝ exigunt.cum duo reges cum maximis copiis prope adsint.cum vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre possit.cum publicani familias quas in salinis habent quas in agris.quas in portibus atqȝ custodiis magno periculo se habere arbitrentur. Putatisne vos illis rebus frui posse.nisi eos qui vobis fructuosi sunt conseruaueritis.non solum vt antea dixi calamitate,sed etiam calamitatis formidine liberatos. Ac ne illud quidem vobis negligendum est,quod mihi ego extremum proposueram cum essem de genere belli dicturus,quod ad multorum bona ciuium Ro.pertinet,quorũ vobis pro vestra sapientia Quirites habenda est ratio diligenter. Nam & publicani homines & honestissimi & ornatissimi suas rationes & copias in illam prouintiam contulerunt,quorum ipsorum per se res & fortunæ curæ vobis esse debent. Etenim si vectigalia neruos Reip. esse semper duximus,eum certe ordinem qui exercet illa firmamẽtum

cæterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui & industrii partim in Asia negociantur, quibus absen tibus vos consulere debetis: partim eorum in ea puintia pecunias magnas collatas habent. Erit ergo humanitatis vestræ magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere: sapientiæ videre multorum ciuium calamitatem a repub. seiunctam esse non posse. Etenim illud primum parui refert vos publicanis amissis vectigalia postea victoria recuperare. neq; hisdem redimendis facultas erit propter calamitatem, neq; aliis voluntas propter timorem. Deinde quod nos eadem Asia atq; idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum cū in Asia res magnas permulti amiserunt: scimus Romæ solutione impedita fidē concedisse. Non enī possunt in vna ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, vt non plures secum in eandem trahant calamitatem. Quo periculo prohibete rempu. & mihi credite id quod ipsi videtis. Hæc fides atq; hæc ratio pecuniarum quæ Romæ quæ in foro versatur implicita est cum illis pecuniis Asiaticis & cohæret. Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefacta metu concidant. Quare videte num dubitādum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorū, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium cum rep. defenduntur. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine belli pauca dicam. Potest enim hoc dici belli genus ita esse necessarium vt sit gerendum, non esse ita magnum vt sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis quæ diligentissime prouidenda sunt, contemnenda esse videantur. Atq; vt omnes intelligant me. L. Lucullo tantum impartire laudis, quantum forti viro & sapientissimo homini & magno imperatori debeatur. Dico eius in aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atq; instructas: vrbemq; Asiæ clarissimam vobisq; amicissimam Cyzicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine & oppugnatam vehementissime: quam. L. Lucullus virtute, assiduitate, cōsilio summis obsidionis periculis liberauit. Ab eodem imperatore classem magnam & ornatam: quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato raperetur, superatam esse atq; depressam. Magnas hostiū

prætereà copias multis prælijs esse deletas, patefactumq; vestris legionibus esse pontum: qui ante populo Ro. ex omni aditu clausus esset. Sinopem atq; amissum quibus in oppidis erant domicilia regis omnib9 ornata atq; referta: cæterasq; vrbes Ponti & Cappadociæ p multas vno audito aduentu esse clausas. Regē spoliatum regno patrio atq; auito ad alios se reges atq; ad alias gentes supplicē cōtulisse: atq; hæc omnia saluis populo Ro. sotiis atq; integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis. atq; ita reputo. vt hoc vos intelligatis a nullo istorum, qui huic obtrectant legi atq; causæ. L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatū. Requiretur fortasse nunc quēadmodū cū hæc ita sint reliquū possit esse magnū bellū. Cognoscite quirites: non.n. sine causa queri videtur. Primū ex suo regno sic Mithridates profugit, vt ex eodem Ponto illa Medea quondam profugisse dicitur: quā prædicat in fuga fratris sui mēbra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse: vt eorū collectio dispersa, mœrorq; patrius celeritatē persequēdi retardaret. sic Mithridates fugiens maximā vim auri atq; argēti pulcherrimarūq; rerū omniū quas & a maioribus acceperat, & ipso bello superiore ex tota Asia direptas in suū regnū congesserat: in Pōto omnem reliquit. Hæc dū nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illū in persequendi studio mœror: hos lætícia retardauit. hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentēq; rebus suis cōfirmauit, & afflictū erexit, perditūq; recreauit. cuius in regnū postea quā L. Lucullus cū exercitu venit: plures etiam gentes contra imperatorē vestrū concitatæ sunt. Erat enim metus iniectus his nationibus, quas nunq̄ populus Ro. neq; lacessendas bello neq; tentandas putauit. Erat etiā alia grauis atq; vehemens opinio, quę per animos gentiū barbararū peruaserat: Fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrū exercitū esse adductum. Ita nationes multæ atq; magnæ nouo quodā terrore ac metu concitabantur. Noster autē exercitus & si vrbē ex Tigranis regnis ceperat & prælijs vsus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorū ac desiderio suorū cōmouebatur. Hic iā plura non dicā. Fuit enim illud extremū, vt ex his locis a militibus nostris reditus magis maturus, q̄ p cessio longior quæreretur. Mithridates autē & suā manum iam confir

marat: & eorum qui se ex eius regno collegerant: & magnis aduentitiis multorũ regum & nationum copiis iuuabatur. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiã: maximeq; eorũ qui aut reges sunt, aut viuũt in regno: aut regale his nomen magnum & sanctũ esse videatur. Itaq; tantũ victus efficere potuit: quantũ incolumis nunquã est ausus optare. Nã cũ se in regnũ suũ recepisset, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, vt illã postea quã pulsꝰ erat terrã vnquã attingeret: sed in exercitũ vestrũ clarũ atq; victorẽ impetũ fecit. Sinite hoc loco q̃rites sicut poetæ solent, qui res Romanas scribũt p̃terire me vestrã calamitatẽ q̃ tãta fuit vt eã ad aures. L. Luculli nõ ex p̃lio nuncius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in illo ipso malo grauissimaq; belli offensione. L. Lucullus/ qui cũ aliqua ex parte his incõmodis mederi fortasse potuisset/ vestro iussu coactus quod imperii diuturnitati modum statuendũ veteri exẽplo putauistis, partẽ militũ qui iam stipendiis cõfecti erant dimisit: partem Glabrioni tradidit. Multa p̃tereo consulto: sed ea vos coniectura perspicitis quantũ illud bellũ factũ putetis, q̃d coniungant reges potentissimi, renouent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes: nouus imperator vester accipiat vetere expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor quare hoc bellũ esset genere ipso necessariũ: magnitudine periculosum. Restat vt de imperatore ad id bellũ deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicẽdũ esse videatur. Vtinã quirites virorum fortium atq; innocentium copiam tantam haberetis, vt hæc vobis deliberatio difficilis esset, quẽ nam potissimũ tantis rebus & tanto bello præficiendũ putaretis. Nunc vero cum sit vnus. Gn. Põpeius, qui non modo eorũ hominũ qui nunc sunt gloriam, sed etiã antiquitatis memoriam virtute superarit: quæ res est, quę cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit. Ego enim sic existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatẽ: fœlicitatem. Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit, aut esse debuit, qui e ludo atq; disciplina pueritiæ bello maximo atq; acerrimis hostibus ad patris exercitum atq; in militiæ disciplinam profectus est: qui extrema pueritia miles fuit imperatoris summi, ineunte adolescentia maximi ipse exerci-

tus imperator, qui sæpius cum hoste conflixit. quam quisq̃ cum inimico concertauit. Plura bella gessit quam cæteri legerunt: plures prouintias confecit quam alii concupiuerunt. cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis pręceptis. sed suis imperiis. non offensionibus belli. sed victoriis, non stipendiis. sed triumphis est tradita. Q͛d deniq; genus belli esse potest in quo illũ non exercuerit fortuna reipu. Ciuile. Affricanum. Transalpinum. Hispaniense. mixtum ex ciuitatibus atq; ex bellicosissimis nationibus. seruile & nauale bellum. varia & diuersa genera & bellorum, & hostium non solũ gesta ab hoc vno, sed etiam confecta nullam rem esse declarant in vsu militari positã. quæ huius viri scientiam fugere possit. Iam vero virtuti. Gn. Pompeii quæ potest oratio par inueniri. Quid est ꝙ quisquã aut dignũ illo aut vobis nouum aut cuiq̃ inauditum possit afferre? Neq; enim illæ sunt solę virtutes imperatoriæ quæ vulgo existimantur labor in negociis. fortitudo in periculis. industria in agendo. celeritas in conficiendo. consilium in prouidendo. quæ tanta sunt in hoc vno. quanta in omnibus reliquis imperatoribus. quos aut vidimus. aut audiuimus non fuerunt. Testis est Italia. quam ipse idem victor. *L. Sylla* huius virtute & subsidio confessus est liberatam. Testis est Sicilia. quam multis vndiq; cinctam periculis. non terrore belli. sed celeritate consilii explicauit. Testis est Affrica quæ magnis oppressa hostium copiis eorum ipsorum sanguine redundauit. Testis est Gallia. per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Testis est Hispania. quæ sæpissime plures hostes ab hoc superatos prostratosq; conspexit. Testis est iterum & sæpius Italia. quæ cum seruili bello tetro periculosoq; premeretur. ab hoc auxilium absente expetiuit. quod bellũ expectatione Pompeii attenuatũ atq; imminutum est. aduentu sublatum ac sepultum. Testes vero iam omnes oræ atq; omnes exteræ gentes atq; nationes: deniq; maria omnia, tum vniuersa, tum in singulis oris omnes sinus atq; portus. Quis. n. toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præsidium vt tutus esset: aut fuerit tam abditus vt lateret. Quis nauigauit qui non se aut mortis aut seruitutis periculo committeret: cum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur. Hoc tantũ bellũ, tã turpe, tã vetus, tã late diuisum atq; disper

sum quis vnquã arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus vno an- no aut omnibus annis ab vno iperatore Romano confici posse. Quã prouintiã tenuistis a prædonibus liberam per hosce annos. quod ve- ctigal vobis tutũ fuit. quẽ sociũ defendistis. Cui præsidio classibus ve- stris fuistis. Quã multas existimatis insulas esse desertas. quam multas aut metu relictas. aut a prędonibus captas vrbes esse sociorũ. Sed quid ego longinqua cõmemoro. fuit hoc quõdã fuit propriũ populo Ro. longe a domo bellare. & propugnaculis imperii sociorũ fortunas non sua tecta defendere. Sociis vestris ego mare clausum per hosce annos dicã fuisse. cũ exercitus nostri a Brundusio nũquã nisi summa hyeme transmiserint. Quid ad nos cũ exteris nationibus, venirẽt captos que- rar. cũ legati. populi Ro. redẽpti sint. mercatoribus tutũ mare non fuis- se dicã. cũ duodecim secures in prædonũ potestatẽ peruenerint. quid aut colophonẽ aut Samũ nobilissimas vrbes innumerabilesq; alias ca ptas esse cõmemorẽ. cũ vestros portus atq; eos portus quibus vitã & spiritũ ducitis in prędonũ fuisse potestatem sciatis. An vero ignoratis portũ Caietæ celeberrimũ atq; plenissimũ nauiũ inspectante prætore a prædonibus esse direptũ. Ex Miseno autẽ eius ipsius liberos qui cũ prædonibus antea id bellũ gesserat. a prædonibus esse sublatos. Nam quid ego hostiense incõmodũ. atq; illã labẽ atq; ignominiã reip. que- rar, cũ prope inspectantibus vobis classis ea cui consul po. Ro. præpo situs esset a prædonibus capta atq; oppressa est. Proh dii ĩmortales tã- ta ne vnius hominis incredibilis ac diuina virtus tã breui tẽpore lucẽ afferre reipub. potuit, vt vos qui modo ante ostiũ Tyberinũ classem hostiũ timebatis: hi nunc nullã intra Oceani ostiũ prædonũ nauẽ esse audiatis. Atq; hæc qua celeritate gesta sint, quãq; videtis: tamen a me ĩ dicendo prætereunda non sunt. Quis enim vnq; aut obeundi nego- cii, aut quæstus studio tã breui tẽpore tot loca adire, tantos cursus con ficere potuit: q; celeriter. Cn. Pom. duce belli impetus nauigauit. qui Si ciliam adiit: Affricã explorauit. Inde Sardiniã cũ classe venerit, nondũ tẽpestiuo ad nauigandũ mari. Atq; hæc tria frumẽtaria subsidia Reipu. firmissimis præsidiis classibus muniuerit. Inde secũ in Italiã recepisset duabus Hispaniis, & Gallia Cisalpina prę́sidiis ac nauibus confirma- ta: missis in orã Illyrici maris, & in Achaiam, omnẽq; græciã nauibus

Italiæ duo maria maximis classib⁹ firmissimisq; præsidiis adornauit. ipse autem vt a Brundusio profectus, vnde quinquagesima die totam ad imperium po. Ro. Siciliam adiūxit: omnes qui vbiq; prædones fuerunt partim capti interfectiq; sunt, partim in huius imperio ac potestate se dediderunt. Idem Cretensibus cum ad eū vsq; Pamphiliā legatos deprecatoresq; misissent: spem deditionis non ademit, obsidesq; imperauit. ita tantū bellū, tam diuturnū, tam longe lateq; dispersum quo bello omnes gentes ac nationes premebantur: Gn. Pom. extrema hyeme apparauit. ineunte vere suscepit. media æstate confecit. Est hæc diuina atq; incredibilis virtus imperatoris. quid cæteræ quas pauloante cōmemorare cœperā quantæ atq; q̄ multæ sunt. Non enim bellandi virtus solū in sūmo perfectove imperatore quærenda est: sed multæ sunt arces eximiæ eius administræ comitesq; virtutis. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fide, quanta facilitate: quanto ingenio, quanta humanitate? quæ breuiter qualia sint in. Gn. Pompeio consideremus. Sūma enim omnia sunt Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione: quam ipsa per sese cognosci atq; intelligi possunt. Quem eni possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus atq; venierint. Quis hunc hominem magnum aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam ex ærario depromptam ad bellum administrandum aut propter cupiditatem prouinciæ magistratibus diuiserit, aut propter auaritiam Romæ in quæstu reliquerit. Vestra admurmuratio facit Quirites: vt agnoscere videamini, qui hęc fecerunt. Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri. Itaq; propter hanc auariciam imperatorum quantas calamitates: quocunq; ventum sit: nostri exercitus ferant: quis ignorat. Itinera quæ per hosce annos in Italia per agros atq; oppida ciuium Romanorum nostri imperatores fecerunt recordamini, tum facilius statuetis, quid apud exteras rationes fieri existimetis. Vtrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium vrbes, an Hibernis sociorum ciuitates esse deletas. Neq; enim potest exercitū is cōtinere impator q se ipsum nō cōtinet, neq; seuerus esse in iudicādo, qui alios in se seueros esse iudices nō vult.

Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris: cuius legiones sic in Asiam peruenerint: vt non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiusquã pacato nocuisse dicatur. Iam vero quẽadmodum milites hibernent cotidie sermones ac litteræ perferuntur. non modo vt sumptum faciat in militem. nemini vis affertur. sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. hyemis enĩ non auaritiæ perfugiũ maiores nostri in sociorum atq; amicorum tectis esse voluerunt.

Age vero cæteris in rebus qualis sit temperantia, considerate. Vnde illã tantã celeritatẽ & tam incredibilẽ cursum inuentũ putatis. Non enĩ illũ eximia vis remigũ, aut ars inaudita quædã gubernandi, aut vẽti aliqui noui tam celeriter ĩ vltimas terras pertulerũt. Sed hæ res quæ cæteros remorari solent. non retardarunt. Non auaricia ab instituto cursu ad prædã aliquã deuocauit. Non libido ad voluptatẽ. non amœnitas ad delectationẽ. Non nobilitas vrbis ad cognitionẽ. Non denicq; labor ipse ad quietẽ. postremo signa/ & tabulas, cæteraq; ornamenta græcorũ oppidorũ. q̃ cæteri tollẽda esse arbitrantur. ea sibi ille ne visẽda quidẽ existimauit. Itaq; oẽs quidẽ nunc in his locis. Gn. Pom. sicut aliquẽ non ex hac vrbe missum. sed de cœlo lapsum intuentur. Nũc denicq; incipiunt credere fuisse homines Romanos hac quondã abstinentia. quod iã nationibus exteris incredibile ac falso memoriæ ꝓditũ videbatur. Nunc ĩperii nostri splendor illis gentibus lucet. Nunc intelligitur non sine causa maiores suos tũ cũ hac tẽperantia magistrat⁹ habebam⁹. seruire populo Ro. quã ĩperare aliis maluisse. Iã vero ita faciles aditus ad eũ priuatorũ. ita liberæ quærimoniæ de aliorũ iniuriis esse dicuntur. vt is qui dignitate principibus excellit. facilitate ĩfirmis par esse videatur. Iã quantũ consilio quantũ dicendi grauitate & copia valeat. in quo ipso inest q̃dã dignitas imperatoria. vos Quirites hoc ipso in loco sæpe cognostis. fidẽ vero eius inter socios quantũ existimari putatis. quã hostes omniũ gentiũ sanctissimã iudicarint. Humanitas iã tãta est. vt difficile dictu sit, vtrũ hostes magis virtutẽ eius pugnãtes timuerit. an mãsuetudinẽ victi dilexerint. Et q̃squã dubitabit. quin huic tãtũ bellũ trãsmittẽdũ sit. q ad oĩa vestræ memoriæ bella cõficiẽda diuino quodã cõsilio nat⁹ esse videat̃. Et q̃m auctoritas multũ ĩ bellis q̃cq; administrãdis atq; ĩpso militari valet: certe nemini dubiũ est

quin ea re ille idem ipse imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment: quis ignorat, cum sciamus homines in tātis rebus vt aut contēnant, aut metuant, aut oderint, aut ament opinione non minus famæ, quam alia certa ratione cōmoueri. Quod igitur nomen vnq̄ in orbe terrarū clarius fuit. Cuius res gestæ pares. de quo homine vos id quod maxime facit auctoritatē tanta & tam præclara iudicia fecistis. An vero vnq̄ vllam esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama peruaserit: cum vniuersus. P. R. referto foro repletisq́ omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, vnum sibi ad cōmunem omnium gentium bellum. Gn. Pom. imperatorē depoposcit. itaq́ vt plura non dicam, neq́ aliorum exemplis confirmē: quantum huius auctoritas valeat in bello, ab eodem Gn. Pom. omniū rerum egregiarum exempla sumantur, qui quo die a vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est vnius spe & nomine, quantam vix ex summa vbertate agrorū diuturna pax efficere potuisset. Iam accepta in Ponto calamitate ex eo prælio de quo vos paulo ante inuitus admonui, cum socii pertimuissent hostium opes, animiq́ crenissent, & cum satis firmum præsidium prouincia non haberet: amisissetis Asiam quirites: nisi ad ipsum eius temporis diuinitus. Gn. Pom. ad eas regiones fortuna. Po. Ro. attulisset. huius aduentus & Mithridatem insolita inflāmatum victoria continuit: & Tigranem magnis copiis minitantem Asiæ retardauit. & quisq́ dubitabit quid virtute profecturus sit: qui tantum auctoritate profecerit, aut quam facile imperio atq́ exercitu socios & vectigalia conseruaturus sit, qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age vero illa res quantam declarat eiusdē hominis apud hostes populi Romani auctoritatem: quod ex his locis tam longinquis tanq́ diuersis tam breui tempore omnes vna huic se dediderunt? Quod Cretensium legati cum in eorum insula noster imperator exercitusq́ esset, ad Gn. Pōpeium in vltimas prope terras venerunt: eiq́ se omnes Cretensium ciuitates dedere velle dixerūt. Quid idem ipse Mithridates? nōne ad eūdē Gn. Pōpeiū legatū vsq́ in Hispaniā misit? eumq́ Pompeius legatum semper iudicauit. Ii quibus sem-

per erat molestum ad eum potissimum esse missum speculatorem quã legatum indicari maluerunt. Potestis igitur iam constituere Quirites hanc auctoritatem multis postea rebus gestis magnisq; vestris iudiciis amplificatam quantum apud illos reges, quantum apud exteras natio nes valituram esse existimetis. Reliquum est vt de fœlicitate, quã pręstare de seipso nemo potest, meminisse & cõmemorare de altero possumus, sicut æquum est homini de potestate deorum timide & pauca dicamus. Ego enim sic existimo Maximo, Marcello, Scipioni, Mario & cæteris magnis imperatoribus non solum propter virtutem, sed etiã propter fortunam sæpius imperia mandata, atq; exercitus esse cõmissos. fuit enim profecto quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem & gloriam & res magnas bene gerendas diuinitus adiũcta fortuna. De huius autẽ hominis fœlicitate: de quo nunc agim⁹ (vt hac vtar moderatione dicendi) non vt in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed vt de præterita meminisse, reliqua sperare videamur, ne aut inuisa diis imortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaq; non sum prædicaturus quantas ille res domi militiæq; terra mariq;, quantaq; gesserit, vt eius semper voluntatibus non modo ciues assen serint: Socii obtẽperarint, hostes obedierint, sed etiã venti tẽpestatesq; obsecundarint. hoc breuissime dicam: Neminem vnquam tam impudentẽ fuisse qui a diis imortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dii imortales ad. Gn. Põpeiũ contulerunt. Quod vt illi propriũ ac perpetuũ sit Quirites: cũ cõmunis salutis atq; imperii, tum ipsius hominis causa sicuti facitis, velle & optare debetis. Quare cũ & bellũ ita sit necessarium: vt negligi non possit: Ita magnũ, vt accuratissime sit administrandũ: Et cũ ei imperatorẽ præficere possitis in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus: clarissima auctoritas: egregia fortuna: dubitatis Quirites quin hoc tantum boni quod a diis imortalibus oblatũ & datũ est in rẽpublicã conseruandam, atq; amplificandã conferatis? Quod si Romæ. Gn. Pom. priuatus esset hoc tẽpore, tamen ad tantũ bellũ is erat diligendus atq; mittendus. Nunc cũ ad sũmas cæteras vtilitates hæc quoq; opportunitas adiungatur, vt in his ipsis locis adsit & habeat exercitũ, aut ab iis qui habent accipere statim possit, quid expectatis? Aut cur non ducibus diis imorta

libus eidem cui cætera summa cum salute reipubli.cōmissa sunt, hoc quoq; bellum regium cōmittamus? At enim vir clarissimus reipublicę & vestris beneficiis amplissimis affectus.Q.Catulus. Itemq; summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis. ingenii pręditus. Q. Hortensius ab hac ratione dissentiunt. Quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse & valere oportere confiteor: Sed ī hac causa tam & si cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum virorum & clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus ipsa re & ratione exquirere possumus veritatem. Atq; hoc facilius: quod ea omnia quæ a me adhuc dicta sunt iidem isti vera esse concedunt, & necessariū bellum esse, & magnum: & in vno.Gn.Pō.summa esse omnia. Quid igitur ait Hortensius: si omnia vni tribuenda sunt, vnum dignissimū esse Pom. sed ad vnum tamen omnia deferri non oportere. Obsoleuit iam ista oratio re multo magis quam verbis refutata. Nam tu idē. Q. Hortensi multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi & in sena tu contra virum fortem. A. Gabinium grauiter ornateq; dixisti, cum is de vno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset. Et ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti. Quid tum per deos immortales si plus apud populum Romanum auctoritas tua quā ipsius populi Romani salus & vera causa valuisset, hodie hanc gloriam atq; hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur. cū popu.Ro.legati prætores, quæstoresve capiebantur? cum ex omnibus prouintiis cōmeatu & priuato & publico prohibebamur? Cum ita clausa erant nobis omnia maria, vt neq; priuatam rem maritimam neq; publicam iam obire possemus? Quæ ciuitas antea vnquam fuit: non dico Atheniensium quæ satis late quondam mare tenuisse dicitur, non Carthaginensium qui per multum classe maritimisq; rebus valuerunt, non Rhodiorum quorū vsq; ad nostram memoriam disciplina naualis & gloria remansit: quæ ciuitas antea vnquam tam tenuis tam parua insula fuit, quæ non portus suos & agros & aliquam partē regionis atq; oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At Hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille po.Ro. cuius vsq; ad nostram memoriam nomen inuictum ī naualibus pugnis permansit: magna ac multo maxima parte non mo

do vtilitatis,sed dignitatis atq; iperii caruit.Nos quorũ maiores Antiochũ regẽ classe pſemq; superarũt:omnib⁹ naualib⁹ pugnis Carthagineses hoies i maritimis reb⁹ exercitatissimos paratissimosq; vicerũt Ii nullo i loco iã pdonib⁹ pares esse poteram⁹.Nos quoq; q antea nõ modo Italiã habebam⁹ tutam,sed oẽs socios i vltimis oris auctoritate nostri iperii saluos pſtare poteram⁹:tũ cũ isula Delos tã pcula nobis i ægeo mari posita,quo oẽs vndiq; cũ mercib⁹ atq; oneribus cõmeabãt referta diuitiis parua sine muro nihil timebat:iidẽ nõ modo puinciis atq; oris Italię maritimis ac portub⁹ nr̃is,sed etiã iã via carebam⁹. Et his tẽporib⁹ nõ pudebat magistrat⁹ po.Ro.i hũc ipsũ locũ ascẽdere:cũ eũ vobis maiores nr̃i exuuiis nauticis & classiũ spoliis ornatũ reliquissent!Bono te animo Quin.Hortensi popul⁹.Ro.& cæteros qui erãt in eadẽ sentẽtia dicere existimauit,ea q̃ sentiebatis,Sed tamẽ i salute cõmuni id ẽ popu.Ro.dolori suo maluit,quã auctoritati vr̃ę obtẽperare.Itaq; vna lex:vn⁹ vir:vn⁹ animus nõ modo vos illa miseria aut turpitudine liberauit,sed etiã effecit:vt aliquãdo vere videremur oib⁹ gẽtib⁹ ac nationib⁹ terra mariq; ĩperare.Quo mihi etiã:idigni⁹ videt̃ obtrectarũ esse adhuc Gabinio dicã,an ne Põpeio,an vtriq;,id qđ est veri⁹,ne legaret̃ A.Gabini⁹.Gn.Põ.expetẽti ac postulãti.Verũ ille qui postulat legatũ ad tãtũ bellũ quẽ velit,idone⁹ nõ est q ĩpetret cũ cæteri ad expilãdos socios,diripiẽdasq; puicias quos voluerũt legatos ad duxerit.An ipe cui⁹ lege sal⁹ ac dignitas populi Romãi atq; oib⁹ gẽtib⁹ cõstituta est,expers esse debet glię ei⁹ iperatoris:atq; ei⁹ exercit⁹, q cõsilio ipsi⁹ atq; piculo est cõstitut⁹:an.Gn.Falcidi⁹.Q.Metellus. Q.Celli⁹ Latinẽsis.Gn.Lẽtul⁹,qs oĩs honoris causa nomio,cũ Trib. Ple.fuisset ãno pximo legati esse potuerũt,In hoc vno Gabinio:sunt tã diligẽtes,q i hoc bello qđ lege Gabinia gerit̃ i hoc ipatore atq; exercitu quẽ p seipẽ cõstituit:& pcipuo iure esse deberet:de quo legãdo cõsules spero ad senatũ relaturos.q si dubitabũt,aut grauabunt̃:ego me pfiteor relaturũ.Neq; me ipediet ei⁹ qrites inimicũ edictũ,quo min⁹ fretus vobis vestrũ ius beneficiũq; defendã:neq; prçter intercessionẽ quicquã audeã.de qua vt arbitror isti ipsi qui minant̃:etiã atq; etiã qd liceat considerabunt.Mea quidem sententia quirites vnus.A.Gabini⁹, belli maritimi rerumq; gestarum.Gn.Pompeio ascribitur:propterea

quod alter vni illud bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum susceptumq; confecit. Reliquum est vt de. Q. Catuli auctoritate & sententia dicendũ esse videatur, qui cũ ex vobis quæreret: si in vno. Gn. Pom. omnia poneretis, si quid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri. cœpit magnũ suæ virtutis fructũ ac dignitatis, cũ omnes prope vna voce in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. Et enĩ talis est vir, vt nulla res tanta sit ac tã difficilis, quã ille non & cõsilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, quod quo minus certa est hominũ ac minus diuturna vita hoc magis respublica dum per deos imortales licet, frui debet summi hominis vita atq; virtute. At enĩ inquit noui nihil fiat contra exẽpla atq; instituta maiorũ. Non dico hoc loco maiores nostros sẽper in pace consuetudini, in bello vtilitati paruisse, semper ad nouos casus tẽporũ nouorũ consiliorũ rationes accõmodasse. Non dicã duo bella maxima punicũ & Hispaniense ab vno iperatore esse confecta: duas vrbes potentissimas, quæ huic iperio maxime minitabantur Carthaginẽ atq; Numantiã ab eodẽ Scipione esse deletas. Non cõmemorabo nuper ita vobis patribusq; vestris esse visũ, vt in vno. C. Mario spes iperii poneretis, vt idẽ cũ Iugurtha, idẽ cũ Cimbris, idẽ cũ Teutonis bellũ administraret. In ipso. Gn. Põpeio in quo noui constitui nihil vult. Q. Catulus, quã multa sint noua summaq; Catuli voluntate constituta recordamini. Quid tã nouũ quã adolescentulũ priuatim exercitũ difficili reipublicæ tẽpore conficere? confecit. huic præesse etiã? præfecit. rem optime ductu suo gerere? gessit. quid tã præter consuetudinẽ, quã homini peradolescenti cui a senatorio gradu ætas longe abesset, imperiũ atq; exercitũ dari? Siciliã permitti atq; Africã, bellũq; in ea administrandũ? fuit in his prouintiis singulari innocentia, grauitate, virtute. bellũ in Africa maximũ confecit. Victorẽ exercitũ deportauit. Quid vero tã inauditũ: quã equitẽ Romanũ triũphare? At eã quoq; rem populus Romanus non modo vidit, sed etiã studio omni visendã putauit. Quid tã inusitatũ, quã cũ duo consules clarissimi fortissimiq; essent, eques Romanus ad bellũ maximũ formidolosissimũq; pro consule mitteretur? missus est. Quo quidẽ tẽpore cũ esset non nemo in senatu, qui diceret non oportere mitti homi-

minem priuatum pro consule. L. Philippus dixisse dicitur, non se illũ sua sententia pro consule sed pro consulibus mittere. Tanta in eo rei pu. bene gerendæ spes constituebatur, vt duorum consulum munus vnius adolescentis virtuti cõmitteretur. Quid tam singulare, quam vt ex. S. C. legibus solutus consul ante fieret, quam vllum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quam vt iterum eques Roma. ex. S. C. triumpharet? Quæ in omnibus hominibus noua post hominum memoriam constituta sunt: ea tam multa non sunt, quam hæc quæ in hoc vno homine videmus. Atq; hæc tot exempla tanta ac tam noua profecta sunt in eundem hominem a. Q. Catulo, atq; a cæterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant ne sit periniquum & non ferendum: illorum auctoritatem de. Gn. Pompeii dignitate a vobis comprobatam semper esse, vestrum ab illis de eodem homine iudicium popu. q;. Ro. auctoritatem non comprobari, præsertim cum iam suo iure popu. Ro. in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes qui dissentiũt possit defendere, propterea q̃ istis reclamantibus vos vnum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. hoc si vos temere fecistis, & reip. parum consuluistis, recte isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in rep. vidistis, vos his repugnantibus per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis, aliquando isti principes & sibi & cæteris po. Ro. vniuersi auctoritati parendum esse fateantur. Atq; in hoc bello Asiatico & regio non solum militaris illa virtus quæ est in Gn. Pompeio singularis, sed aliæ quoq; virtutes animi multæ & magnæ requiruntur. Difficile est in Asia. Cilicia. Syria. regnisq; exterarum nationum ita versari vestrum imperatorem, vt nihil aliud quam de hoste ac laude cogitet. Deinde etiam si qui sunt pudore ac temperantia moderatiores, tamen eos tales propter multitudinem hominum cupidorum nemo arbitratur. Difficile est dictu Quirites quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum, quos ad eas hoc anno cum imperio misimus iniurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris vestris magistratibus religiosum? Quam ciuitatem sanctam? Quam domum satis clausum ac munitam fuisse? Vrbes iam locupletes & copio-

sæ requirũtur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coram cum. Q. Catulo. &. Q. Hortensio dispu tarem summis & clarissimis viris. Nouerunt enim sociorum vulnera: vident eorum calamitates: querimonias audiunt. pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis? An hostium simulatione contra socios atq; amicos? Quæ ciuitas est in Asia: quæ non modo imperatoris aut legati sed vnius tribuni militum animos ac spem capere possit?

Quare etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur: tamen nisi erit idem qui se a pecuniis sociorũ, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro Gazaq; regia man⁹ oculos animum cohibere possit: non erit idoneus qui ad bellum Asiaticum regiumq; mittatur. Et quam putatis ciuitatem pacatam fuisse q̃ locuples sit? & quam esse locupletẽ, quæ istis pacata esse videatur. Ora maritima Quirites Gn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisiuit. Videbat enim po. Ro. non locupletari quot annis pecunia publica præter paucos, neq; eos quicq̃ aliud assequi classium nomine, nisi vt detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videremur. Nunc qua cupiditate hom nes in prouincias: quibus iacturis: quibus conditionibus pro ficiscantur ignorant videlicet isti: qui ad vnum deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi vero Gn. Pom. non cum suis virtutibus tũ etiã alienis vitiis magnum esse videamus? Quare nolite dubitare quin huic vni credatis omnia, qui inter annos tot vnus inuentus sit: quem socii in vrbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quod si auctoritatibus hanc causam Quirites confirmandam putatis, est vobis auctor vir bellorum omnium maximarumq; rerum peritissimus. P. Seruilius, cuius tantæ res gestæ terra mariq; extiterunt: vt cum de bello deliberetis, auctor vobis grauior esse nemo debeat. Est. C. Curio summis vestris beneficiis maximisq; rebus gestis summo ingenio & prudentia præditus est. Est Gn. Lentulus in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium summam grauitatem esse cognoscitis. Est. C. Cassius integritate virtute constantia singulari. Quare videte num horum auctoritatibus: illorũ orationi qui dissentiunt respondere posse videamur. Quæ cum ita sint. C. Manili primum istam tuam & legẽ

& voluntatem & sententiam laudo, vehementissimeq; comprobo. Deinde te hortor, vt auctore populo Romano eas in sententia, neve cuiusq quã vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi constantiaeq; arbitror. Deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus: quantam non iterum in eodem homine praeficiendo vidimus: quid est quod aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem quicquid in me est studii, cõsilii, laboris, ingenii: quicquid hoc beneficio po. Ro. atq; hac potestate praetoria: quicquid auctoritate, fide, constantia possum: id omne ad hanc rem conficiendam tibi & po. Ro. polliceor ac defero. Testorq; omnes deos: & maxime eos qui huic loco temploq; praesident, qui omnium mẽtes eorum qui ad remp. adeunt maxime perspiciunt, me hoc neq; rogatu facere cuiusq̃, neq; quo Gn. Pom. gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neq; quo mihi ex cuiusq̃ amplitudine aut prẹsidia periculis aut adiumenta honoribus quaeram: propterea ꝙ pericula facile vt hominem praestare oportet innocentia tecti pellemus. Honorem autem neq; ab vno neq; ex hoc loco, sed eadem nostra illa laboriosissima ratione vitae, si vestra voluntas feret, consequemur. Quamobrem quicquid in hac causa mihi susceptum est Quirites, id omne ego me reipu. causa suscepisse confirmo. Tantumq; abest vt aliquam bonam gratiã mihi quaesisse videar: vt multas etiam simultates partim obscuras, partas intelligam mihi non necessarias vobis non inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum tantis vestris beneficiis affectum statui Quirites vestram voluntatem & reipublicae dignitatem & salutẽ prouinciarum atq; sociorum meis omnibus commodis & rationibus praeferri oportere.

FINIS.

INCIPIT PRIMA INVECTIVA. M. TVLLII CICERONIS IN LVCIVM SERGIVM CATILLINAM, IN PRESENTIA EIVS IN SENATV.



Vousq; tandem abutere Catilina patientia nostra q̃diu etiam furor iste tuus nos eludet. quem ad finē sese effrenata iactabit audacia. nihil ne te nocturnum præsidiū palatii, nihil vrbis vigiliç, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusq; mouent? Patere tua consilia non sentis? Constrictam iam omnium horum scientia teneri coniurationem tuā non vides? Quid proxima, quid superiori nocte egeris, vbi fueris, quos conuocaris, qd consilii ceperis quem nostrum arbitraris ignorare? O tempora, o mores. Senatus hęc intelligit. consul videt, hic tamē viuit. viuit immo etiā in senatū venit. fit publici consilii particeps. notat animo & designat oculis ad cędem vnumquenq; nostrum. Nos autem viri satisfacere reip. videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te catilina duci iussu consulis iampridem oportebat in te conferri pestem istam quā tu in nos iam diu machinaris. An vero vir amplissimus. P. Scipio pontifex maximus Tiberium gracchum mediocriter labefactantem statum reip. priuatus interfecit: Catilinam vero vrbem cęde atq; incēdiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua pręteres, q̄ seruilius hala spurium melium nouis rebus studentem sua manu occidit. Fuit fuit ista quondam in hac rep. virtus vt viri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum, q̃ acerbissimum hostem coercerent. Habemus enim senatusconsultum in te catilina vehemens & graue. Non deest reip. consilium neq; auctoritas huiꝰ ordinis. Nos nos dico aperte consules desumus. Decreuit quondam senatus vt. L. opimius consul videret, ne quid resp u. detrimenti caperet. Nulla nox intercessit. mox interfectus est propter quasdam suspiciones seditionū Caius Graccus clarissimo patre natus. A maioribus occisus est cū liberis. M. Fuluius consularis simili senatusconsulto Mario & L. Valerio con-

sulibus est cōmissa resp. Num vnū diē postea. L. Saturninū tribunum plębis & Caiū seruiliū populi Romani mors & reipu. pœna remorata est? Ac vero nos diē iā vigesimū patimur hebescere aciē horū auctoritatis. habemus eni huiusmodi senatusconsultū. verūtamen inclusum in tabulis tanq̄ gladiū in vagina reconditū, quo ex senatusconsulto confesti interfectū te esse Catilina conuenit. Viuis & viuis, non ad deponendā sed ad confirmandā audaciā. Cupio me esse clęmentē. P.C. cupio in tantis reipu. periculis non me dissolutū videri. Sed iā meipsū inertię nequitięq; condēno. Castra sunt in Italia contra remp. in etrurię faucibus collocata. Crescit in dies singulos hostiū numerus. Nos autē castrorū imperatorē ducēq; hostiū intra mœnia atq; adeo in senatu videmus intestinā aliquā quotidie: perniciē reipu. molientē. Si te iā Catilina cōprehendi: si interfici iussero credo esse verendū mihi ne nō potius hoc omnes boni serius a me q̄ quisq̄ crudelius factū esse dicat. Verū ego quod iāpridē factū esse oportuit certa de causa nondū adducor vt faciā. Tū deniq; interficiā te: cū iā nemo tā perditus tā iprobus, tā similis tui inueniri poterit, qui id non iure factū esse fateatur. Quā diu quisq̄ erit qui te defendere audeat: viues. & viues ita vt viuis multis meis & firmis pręsidiis oppressus, ne te cōmouere contra rempu. possis. Multorū te etiā oculi & aures non sentientē sicut adhuc fecerūt speculabuntur atq; custodient. Eteni quid est Catilina quod iam amplius expectes si neq; nox tenebris obscurare cœtus nefarios nec priuata domus parietibus continere voces coniurationis potest: si illustrantur: si erūpunt omnia. Muta istā mentē mihi crede, obliuiscere cędis & incendiorū. Teneris vndiq;. luce sunt clariora nobis consilia tua omnia, quę iā licet mecū recognoscas, Meministi me ante diē duodecimū kal. Nouēbris dicere in senatu fore in armis certo die qui dies futurus esset iā ante diē octauū ka. Nouēbris, manliū audacię satellitē atq; ministrū tuū? Non me fefellit Catilina non modo res tanta & tā atrox: tā q; incredibilis verū id quod multomagis est admirandū dies. Dixi ego idē in senatu cędē te optimatū contulisse in ante diē. v. ka. Nouēbris cū tamen multi principes ciuitatis Ro. non tā sui conseruandi q̄ tuorū consiliorū causa reprimendorū profugerunt. non inficiari potes te illo ipso die meis pręsidiis, mea diligentia circumclusum cōmoue

re te contra rempu.non potuisse cum tu discessu cęterorũ nostra tan-tum qui remansissemus cęde contentum te esse dicebas. Qui cum tu te pręneste ka.ipsius Nouembris occupaturũ nocturno impetu esse confideres. Sensisti ne illam Coloniam meo iussu meis præsidis custodiis vigiliisq; esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam sed etiam videam planeq; sentiam. Recognosce mecum tandem superiorem noctem illam: iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem q̃ te ad perniciem reipu. Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in. M. Publii lecçę domum conuenisse eodem complures eiusdem amentię scelerisq; socios. Num negare audes? quid taces? Conuincam, si negas. video enim esse hic in senatu quosdam qui tecum vna fuerunt. O dii immortales vbi nam gentiũ sumus: quã rẽpu. habemus: in qua vrbe viuimus: hic sunt nostro in numero. P.C. in hoc orbis terrę sanctissimoq; consilio, qui de nostrum omnium interitu, qui de huius vrbis incendio, atq; adeo orbis terrarum exitio cogitent: hosce ego video consul & de repu. sententiam rogo. & quos ferro trucidari oportebat, eos nondũ voce vulnero. Fuisti apud leccam illa nocte Catilina, distribuisti partes Italię, statuisti quo quemq; proficisci placeret, delegisti quos Romę relinqueres, quos tecum adduceres descripsisti vrbis partes ad incendium, confirmasti iam teipsum esse exiturum, dixisti paululum tibi esse morę etiam nunc q; ego viuerem. reperti sunt duo ęquites Romani qui te ista cura liberarent & sese illa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos esse pollicerentur. Hęc ego omnia vix dum etiam cœtu dimisso comperi: domum meam maioribus pręsidiis muniui atq; confirmaui. Exclusi eos quos tu mittebas ad me salutatũ mane, cum illi venissent, quos ego iam multis & summis viris ad me id temporis venturos esse prędixeram. Quę cum ita sint Catilina perge quo cœpisti. Egredere aliquando ex vrbe. patẽt portę. proficiscere. Nimium diu te imperatorem illa tua manliana castra desiderant. educ tecum etiam omnes tuos: Si minus, q̃ plurimos, purga vrbem: magno me metu liberabis dummodo inter te atq; me murus intersit. Nobiscum versari diutius iam non potes. non feram. non patiar. non sinam. Magna diis immortalibus habẽda est: atq; huic Ioui statori antiquis

simo custodi huius vrbis gratia q hanc tam tetram, tam horribilem, tanq3 infestam reipu. pestem, totiens iam effugimus. Non est sæpius in vno homine summa salus periclitanda reipu. Quamdiu mihi consuli designato Catilina insidiatus es non publico me præsidio sed priuata diligentia defendi. cum proximis comitiis consularibus me consulē in campo Martio & competitores tuos interficere voluisti, compressi tuos conatus nefarios amicorum præsidio & copiis, nullo tumultu publice concitato deniq3 quotiensc ūq3 me petisti per me tibi obstiti quā q̄ ego videbam perniciem meam cum magna calamitate reipu. esse cōiunctam. Nunc iam aperte vniuersam rempu. petis templa deorum immortalium: tecta vrbis, vitam omnium ciuium: Italiam deniq3 totam ad exitium & vastitatem vocas. Quare (quóniam id quod est primum & huius imperii disciplinę maiorum proprium facere nondū audeo) faciam id quod est ad seueritatem leuius: & ad communem salutem vtilius. Nam si te interfici iussero, residebit in repu. reliqua coniuratorū manus. Si tu (quod te iam hortor) exieris, tuorum comitum magna & perniciosa sentina reipu. exhaurietur ex vrbe: Quid est Catilina? num dubitas id me imperante facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex vrbe iubet consul hostem. Interrogas me num in exilium? non iubeo, sed (si me consulis) suadeo. Quid est enim Catilina quod te iam in hac vrbe delectare possit in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominū qui te non metuant, nemo qui non oderit. Quę nota domesticę turpitudinis non in ista vita tua est? Quod priuatarū rerum dedecus non hęret infamię? quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus vnq̄ tuis, quod flagitiū a toto corpore abfuit? Cui tu adolescentulo. quem corruptelarum illecebris irretisses non ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem prętulisti? Quod vero nuper cum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum vacue fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti. Quod ego prætermitto & facile patior, ne in hac ciuitate tanti facinoris imanitas aut extitisse aut non vindicata esse videatur. pręterm itto etiam fortunarum tuarum ruinas, quas omnes impendere tibi proximis diebus senties. Ad illa venio quæ non ad priuatam ignominiam viciorum tuorum non ad domesticam tuam voluptatem aut turpitudinem, sed ad summam

reipu.atq; omniũ nostrorũ vitã salutẽq; pertinent. potest ne hec tibi lux Catilina aut huius cœli spiritus esse iucundus, cũ scias horũ esse neminẽ qui nesciat te pridie kalendarũ Ianuarii Lepido & Tullo consulibus, stetisse in comicio cũ Telo, manũ consulũ & principũ ciuitatis interficiendorũ causa parauisse, sceleri ac furori tuo non metũ aliquẽ aut timorẽ tuũ sed fortunã populi Romani obstitisse. At illa iã omitto neq; enĩ sunt aut obscura aut non multa cõmissa. Postea quotiens tu me designatũ, quotiens vero consulẽ interficere voluisti? Quot ego petitiones tuas, ita coniectas vt vitari posse non viderentur parua quadã declinatione, &(vt aiunt) corpore effugi. Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris. Neq; tamen conari ac velle desistis. Quotiens iã tibi extorta est sica ista de manibus? Quotiens vero excidit casu aliquo & elapsa est? Tamen ea carere diutius non potes. Quę quidẽ abs te quibus initiata sacris ac deuota sit nescio: q̃ eã necesse putas in corpore consulis defigere. Nunc vero quę. tua est ista vita? Sic enĩ iã tecũ loquar, non vt odio permotus esse videar, quo debeo: sed misericordia quę tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis tibi ex hac tanta frequẽtia: tot ex tuis amicis ac necessariis salutauit? Si hoc post hominũ memoriã contigit nemini, vocis expectas contumeliã: cũ sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus. Quid? q̃ aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt? Quia omnes consulares qui tibi persępe ad cędẽ constituti fuerunt. simul atq; assedisti partem istã subselliorũ nudã atq; inanẽ reliquerunt? Quo tandẽ animo hoc tibi ferendũ putas? Serui me Hercule, mei si me isto pacto metuerent atq; odissent, vt te metuunt omnes ciues tui, domũ meã relinquendã putarẽ. Tu tibi vrbẽ non arbitraris relinquendã? Et si me meis ciuibus iniuriatũ grauiter atq; offensum viderẽ, carere me aspectu ciuiũ, q̃ infestis oculis omniũ conspici mallẽ. Tu cũ scelerũ tuorũ conscientiã agnoscis, odiũ omniũ iustũ & iã diu tibi debitũ, dubitas, quorũ mentes sensusq; vulneras eorũ aspectum præsentiãq; vitare? Si te parentes timerent atq; odissent tui, neq; vlla ratione eos placare posses, vt opinor ab eorũ oculis aliquo concederes. Nunc te patria cõmunis (quę parens est omniũ nostrũ) odit ac metuit ac iã nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare huius tu neq; auctoritatẽ verebere, neq; iudiciũ sequere, nec vim pertimesces? Quę

cū Catilina sic agit, & quodāmodo tacita loquitur, nullum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te, nullum flagitium sine te. Tibi vni multorum ciuium neces. tibi vexatio, direptioq; sociorum impunita fuit ac libera. Tu non solum ad negligendas leges & quęstiones, verūetiam ad euertendas perfringendasq; valuisti. Superiora illa quāq; ferēda nō fuerunt, tamen vt potui tuli. Nunc vero totam me esse in metu propter te vnum quicquid increpuerit Catilinam timeri. Nullum videri consilium iniri contra me posse quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quāobrem discede, atq; hūc timorem mihi eripe. si est verus ne opprimar: sin falsus vt tandem aliquando timere desinam. Hęc si tecum (vt dixi) patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid q̄ tu te ipse in custodiam dedisti? Quod vitandę suspitionis causa apud Marcum Lepidum te habitare velle dixisti, a quo non receptus ad me venire ausus es: atq; vt domi meę te asseruarem rogasti. Cū a me quoq; illud responsum tulisses: me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum: qui magno in periculo essem q̄ iisdem mœnibus contineremur ad. Q. Metellum prætorem venisti: a quo repudiatus ad sodalem tuum virum optimum. M. Marcellū demigrasti. quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed q̄ longe videtur a vinculis atq; carcere abesse debere qui seipsum iam dignum custodia iudicarit? Quæ cum ita sint Catilina: qd dubitas si hic morari ęquo animo non potes abire in aliquas terras & vitam istam multis suppliciis iustis debitisq; ereptam fugę solitudiniq; mandare? Refer (inquis) ad senatum. Id eni postulas, & si hic ordo sibi placere decreuerit: te ire in exilium obtemperaturum esse te dicis. Non referam (id quod abhorret a meis moribus) sed tamen faciam vt intelligas quid hi de te sentiant. Egredere ex vrbe Catilina, libera rēpublicam metu. In exilium (si hanc vocem expectas) proficiscere. Quid est Catilina? quid attendis & quid animaduertis horum silentium? patiuntur: tacent. Quid expectas auctoritatem loquentium quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo. P. sestio: si fortissimo viro. M. Marcello dixissem, iam mihi etiam consuli hoc ipso in templo iure optimo senatus & vim & manus intulisset.

Num me de illis talia facere permisisset: de te autem Cati. cũ quiescũt, probant. cum patiuntur decernunt. cum tacent clamant. neq; hi solum quorũ tibi auctoritas est videlicet chara: vita vilissima. Sed & illi equi. Ro. honestissimi atq; optimi viri cæteriq; fortissimi ciues qui stant circum senatum quorum tu & frequentiam videre & studia perspicere & voces paulo ante exaudire potuisti: quorum ego vix abs te iã diu manus ac tela contineo: eosdem facile adducam: vt hæc quæ iam vastare studes relinquentem vsq; ad portas prosequantur. Quamq̃ quid loquar te vt vlla res frangat. tu vnq̃ te corrigas, tu vllam fugam medite re. tu vt exilium cogites, vtinam tibi istam mentem dii imortales Catilina donarent. Et si video si mea voce perterritus ire in exilium animũ induxeris, quanta tempestas inuidię nobis, si minus in pręsens tẽpus recenti memoria scelerum tuorum at in posteritatem impendeat. Sed est tanti dummodo ista tua sit priuata calamitas & reipu. periculis seiungatur. Sed tu vitiis tuis cõmoueare vt legum pœnas pertimescas vt tẽporibus reipu. cędas, non est postulandum. Neq; enim es Catilina vt te pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocauerit. Quamobrem vt sępe iam dixi proficiscere. At si mihi inimico (vt pręedicas) tuo conflare vis inuidiam recta via perge in exilium. vix feram sermones hominum si id feceris. vix molem istius inuidię si in exilium iussu consulis ieris, sustinebo. Si autem seruire me laudi & glorię mauis egredere cum importuna sceleratorum manu confer te ad Manlium. concita perditos ciues. secerne te a bonis. Infer patrię bellũ. exulta impio latrocinio vt a me non eiectus ad alienos sed inuitatus ad tuos esse videaris. Quamq̃ quid ego te inuitem a quo iam sciam præmissos qui te ad forum Aurelium præstolentur armati, cum sciam pactam & constitutam cum Manlio diem. A quo etiam aquilam illi argẽteam (quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido ac funestã futuram, cui domi tuę sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit) sciam esse pręmissam. Tu vt illa diutius carere possis quam venerari ad cędem proficiscens solebas, a cuius altaribus sępe istam impiam dexteram ad necem ciuium transtulisti. Ibis tandem aliquando quo te iampridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neq; enim hæc tibi affert dolorem sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc

te amentiam natura peperit, voluntas exercuit. fortuna seruauit. Nunꜫ tu non modo ocium, sed ne bellum quidē nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis atq; ab omni non modo fortuna verumetiã spe derelictis; conflatam improborũ manũ. Hic tu qua leticia perfruere quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere. cum in tanto numero tuorum neq; audies virum bonum quēq;, neq; videbis! Ad huius vitę studium illi meditati sunt qui feruntur labores tui, iacere humi non solũ ad obsidendũ stuprũ, verũetiã ad facinus obeundũ, vigilare non solũ insidiantē somno maritorũ verũetiã bonis occisorũ. habes vbi ostentes illã tuã præclarã patientiã famis, frigoris, inopię rerũ omniũ, quibus te breui tēpore confectũ esse senties. Tantum profeci cũ te a consulatu reppuli, vt exul potius tentare, ꝙ consul vexare rempublicã posses. Atq; vt id quod esset abs te scelerate susceptũ latrociniũ potius ꝙ bellum nominaretur. Nunc vt a me. P. C. quandã prope iustã patrię querimoniã deprecer atq; detester: percipite quęso diligenter quę dicam & ea penitus animis vestris mentibusq; mandate. Etenĩ si mecũ patria (quæ mihi vita mea multo est charior) si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur. M. Tulli quid agis! Tu ne eũ quem cõmunē hostē cõperisti: quē ducē belli futurũ vides: quē expectari imperatorē in castris hostiũ sentis, auctorē sceleris, principē coniurationis, euocatorē seruorũ & ciuiũ perditorē, exire patiere. vt abs te non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbē esse videatur! Nonne hunc in vincula duci, non ad mortē rapi, non summo supplicio mactari imperabis! Quid tandē te ipedit! mos ne maiorũ! At persępe priuati etiam in hac repu. perniciosos ciues morte mulctarunt. An leges quę de ciuium Romanorũ supplicio rogatę sunt! At nunꝙ in hac vrbe hi qui a repu. defecerunt ciuiũ iura tenuerunt. An inuidiã posteritatis times! præclarã vero populo Romano referes gratiam, qui te hominē per te cognitum nulla cõmendatione maiorum tam mature ad summũ imperium per omnes bonorum gradus extulit, si propter inuidiam aut alicuius periculi metum salutem ciuium tuorum negligis. Sed si quis inuidię est metus, non est vehementior seueritatis aut fortitudinis inuidia quã inertię aut nequitię pertimescenda. An cum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt; tũ te nõ existimas inuidię incēdio cõ

flagraturum? His ego sanctissimis reip. vocibus eorum omnium qui hoc idem sentiunt mentibus pauca respondeo. Ego si hoc optimū factu iudicarem. P.C. Catilinam morte mulctari. vnius vsuram ore gladiatori isti ad viuendum non dedissem. Etenim si summi viri & clarissimi ciues, Saturnini & Gracchorum & Flacci & superiorum complurium, sanguine non modo se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt: certe verendum mihi non erat ne quid hoc parricida ciuium interfecto inuidię mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea maxime mihi impenderent: tamen hoc animo semper fui vt inuidiam virtute partā, gloriā non inuidiā putarem. quāq̃ nonnulli sunt in hoc ordine qui aut ea quae iminent non videant: aut ea quae vident dissimulent. qui spem Catilinę mollibus sententiis aluerunt, coniurationē nascentē non credendo corroborauerunt. quorum auctoritatē secuti multi non solū improbi: verumetiā imperiti si in hunc animaduertisse crudeliter & nihil egregie factū esse dicerent. Nunc intelligo si iste (quo intendit) in manliana castra peruenerit, neminē tam stultū fore qui non videat coniurationem esse factam. neminem tam improbum qui non fateatur. Hoc autem vno interfecto intelligo hanc reipu. pestem paulisper reprimi non in perpetuum comprimi posse. Quod si se eiecerit, secum suos eduxerit, & eodem caeteros vndiq̃ collectos naufragos aggregauerit, extinguetur atq̃ delebitur non modo haec tam adulta reipu. pestis: verūetiam stirps & semen malorum omnium. Etenī iamdiu. P.C. in his periculis coniurationis insidiisq̃ versamur. Sed nescio quo pacto omniū scelerū ac veteris furoris & audacię maturitas, in nostri consulatus tēpus erupit. Hic si ex tanto latrocinio iste vnus tollatur, videbimur fortasse ad breue quoddā tēpus cura & metu esse releuati, periculū autē insidebit: & erit penitus inclusum in venis atq̃ in visceribus reipu. vt sępe homines aegri morbo graui cū ęstu febriq̃ iactantur, si aquā gelidā biberint primo releuati videntur, deinde multo grauius vehementiusq̃ afflictantur. Sic hic morbus qui est in repu. releuetur istius poena vehementius reliquis viuis ingrauescet. Quare. P. C. secedant iprobi. secernant se a bonis. vnū in locū congregentur, muro deniq̃ id quod sępe iā dixi discernantur a nobis. desinant insidiari domi suę cōsuli. circūstare tribunal p̄toris vrbani. obsidere cū gladiis cu

riam, malleolos & faces ad inflammandum vrbem comparare. Sit denicꝫ inscriptum in frõte vniuscuiuscꝫ quid de rep. sentiat. polliceor hoc vobis. P.C. tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam i vobis authoritatem: tantam in equitibus Romanis virtutem, tantã in omnibus consensionem vt Catilinę profectione omnia patefacta illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. His omnibus Catilina cũ summa reip. salute, at cum tua peste ac pernicie cũcꝫ eorum exitio qui se tecum omni scelere parricidiocꝫ iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu Iupiter qui iisdem (quibus hęc vrbs) auspiciis a Romulo es constitutus, quem statorem huius vrbis atcꝫ imperii vere nominamus, hunc & huius socios a tuis aris cęteriscꝫ templis, a tectis vrbis, a moenibus, a vita fortunis cꝫ omnium arcebis. Et homines bonorum amicos, hostes patrię, latrones Italię, scelerũ foedere iter se ac nepharia societate coniunctos, ęternis suppliciis viuos mortuoscꝫ mactabis.

Finit prima inuectiua Tulii in Catilinam.

Incipit secunda habita in concione post fugam eius.



Andem aliquando Quirites. L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem, patrię nefarie molientem, vobis atcꝫ huic vrbi ferrum flãmamcꝫ minitantem, ex vrbe vel eiecimus vel emisimus vel ipsum egredientem prosecuti sumus verbis. Abiit, excessit, euasit, erupit. Nulla iam pernicies a monstro illo atcꝫ prodigio moenibus ipsis intra moenia cõparabitur. Atcꝫ hunc quidem vnum huius belli domestici ducem sine controuersia vicimus. non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur. Non in campo, non in foro, non in curia: non denicꝫ intra domesticos parietes pertimescemus: loco ille motus est cum est ex vrbe depulsus. palam cũ hoste, nullo impediente bellum iustũ geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnifice vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus.

mus. quia vero non cruẽtum mucronẽ vt voluit extulit ꝙ viuis nobis egressus est: ꝙ ei ferrũ de manibus extorsim⁹: ꝙ incolumes ciues: statẽ ꝙ vrbẽ reliquit, quo tãdẽ merore illũ esse afflictũ & profligatũ putatis! Iacet ille prorsus prostratusq; est Quirites, & se percussũ atq; abiectũ esse sentit & torquet oculos profecto sępe ad hanc vrbẽ quã ex suis faucibus esse luget ereptã. Que quidẽ mihi lętari videtur, ꝙ tantã pestẽ euomuerit forasq; ꝓiecerit. At si quis est talis quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso in quo exultat & triũphat (vt ne oratio mea me vehementer accuset) accusat ꝙ tam capitalẽ hostẽ non cõprehenderim potius ꝙ̃ emiserim, non est ista mea culpa, sed tẽporũ. Interfectũ esse Luciũ Catilinã & grauissimo supplicio affectũ iãpridẽ oportebat. Id a me & mos maiorũ, & huius imperii seueritas & R.P. postulabat. Sed ꝙ̃ multos fuisse putatis/qui (que ego deferrẽ) non crederent. ꝙ̃ multos qui propter stultitiam non putarent: ꝙ̃ multos qui etiã defenderẽt! ꝙ̃ multos qui propter improbitatem fauerent! At si illo sublato depelli a vobis omne periculũ iudicarẽ iãpridẽ ego. L. Catilinã non modo inuidię meę verũetiã vitę periculo sustulissem. Sed cum viderem ne vobis quidem omnibus re etiam probata si illum (vt erat meritus) morte mulctassem, fore vt eius socios inuidia oppressus persequi nõ possem: rem huc deduxi vt tum palam pugnare possetis cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem Quirites ꝙ̃ vehementer foris esse timendum putem licet hinc intelligatis ꝙ etiam moleste fero ꝙ ex vrbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omnes suas copias secum eduxisset. Tongilium mihi eduxit, quem amare in prętexta calumnia ceperat. Publicium & Numacium, quorum ęs alienum contractum in popina, reip. nullum metum afferre poterat, reliquit. quos viros! quãto alieno ęre! quã valentes! quã nobiles! Itaq; ego illum exercitum ex aratum ex Gallicanis Legionibus: & hoc delectu quem in Agro piceno & Gallico. Q. Metellus habuit: & his copiis quę a nobis quotidie comparantur, magnopere contẽno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria ex rusticis decoctoribus, ex his qui vadimonia deserere ꝙ̃ illum exercitum maluerunt. quibus ego non modo si aciẽ exercitus nostri, verũetiam si prętoris ędictum ostendero, occident eos quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatũ

venire, qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura Mallē secū suos milites eduxisset. Qui si hic permanent, mementote non tā exercitū illum esse nobis ꝙ hos qui exercitū deseruere pertimescendos. Atqꝫ hoc etiā sunt timendi magis, ꝙ quid cogitent me scire sentiunt. neqꝫ tamē permouentur. Video cui sit Apulia attributa. quis habeat etruriam. quis agrū picenū. quis Gallicū. quis sibi has vrbanas insidias cędis atqꝫ incendiorum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me delata esse sentiunt. Patefeci in senatu hesterno. Catilina ipse pertimuit. pꝫtimus profugit: hi quid expectant? Ne illi vehementer errant si illā meā pristinā lenitatē perpetuā sperant futurā? Quod expectaui iā sum assecutus vt vos omnes aperte factā esse coniurationē contra remp. videretis: nūc vero si quis est qui Catilinę similis cū Catilina sentire nos putet. Non est iam lenitati locus, seueritatem res ipsa flagitat. Verūetiam nunc concedā, exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio suo Catilinam miserū tabescere, demonstrabo iter. Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperā consequentur. O fortunatam remp. siquidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit, vno me hercle exhausto Catilina: releuata mihi & recreata resp. videtur. Quid enim mali aut sceleris fingi aut excogitari poterit quod non ille conceperit? Quis tota Italia veneficus, quis gladiator. quis latro. quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circūscriptor, quis ganço, quis nepos: quis adulter. q̄ mulier infamis. quis corruptor iuuētutis, qs corrupt⁹, quis pdit⁹ inueniri potest q secū Catilina nō familiarissime vixisse fateat? Quę cędes p hosce annos sine illo facta est? quod nefariū stuprū non per illū? Iā vero quę tanta in vllo vnꝙ homine iuuētutis illecebra fuit: quanta in illo qui alios ipse amabat turpissime, aliorū amori flagitiosissime seruiebat. Aliis fructū libidinū, aliis mortē parentū: non modo impellendo verūetiā adiuuando pollicebatur. hic vero ꝙ subito nō modo ex vrbe, verūetiā ex agris ingentē numerū hominū perditorū collegerat. Nemo nō Romę modo, sed in vllo angulo toti⁹ Italię oppressus ęre alieno fuit quē nō ad hoc incredibile sceleris fœd⁹ asciuerit. Atqꝫ vt ei⁹ diuersa studia dissimili ratione pspicere possitis nemo est i ludo gladiatoꝝ paulo ad facin⁹ audacior qui se nō intimū Catilinę esse fateatur. Nemo in scęna leuior & nequior, qui se non eiusdem pro

pe sodalem fuisse cōmemoret. Atq; idem tamen stuprorum & scelerū exercitatione assuefactus frigore, & fame, & siti, & vigiliis perferendis, fortis ab istis prędicabatur cum industrię subsidia, atq; virtutis instrumenta in libidinem audaciamq; consumerentur. Hunc vero si secuti erunt sui comites, si ex vrbe exegerint desperatorum hominum flagitiosi greges, o nos beatos, o rempublicam fortunatam, o pręclaram laudem consulatus mei. Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non humanę ac tolerandę audacię: nihil cogitant nisi cędes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. Res eorum iampridem, fides nuper deficere cepit. Eadem tamen illa (quę erat in abundantia) libido manet. Quod si in vinis & alea comessationibus solum & scorta quęrerent: essent quidem illi desperandi, sed tamen essent ferendi. Hoc vero quis ferre possit homines inertes fortissimis viris insidiari? stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus? Qui mihi accubantes in conuiuiis cōplexi mulieres impudicas, vino languidi, cōferti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis cędē bonorum atq; vrbis incendia? Quibus ego confido impendere fatū aliquod & pœnā iam diu improbitati, nequitiæ, sceleri, libidini debitā aut instare iam plane, aut certe appropinquare, quos si meus consulat⁹ (quoniam sanare non potest) sustulerit, non breue nescio quod tempus sed multa sæcula propagauit reipu. Nulla enim natio est quam pertimescamus. Nullus rex qui bellum populo Romano facere possit: omnia sunt externa vnius virtute terra mariq; pacata, domesticum bellum manet. Intus insidię sunt. Intus inclusum periculum est. Intus est hostis. cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego bello me ducem profiteor, qui reip. causa suscipio inimicitias perditorum hominum. Quę sanari poterunt, quacunq; ratione sanabo: quę resecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. proinde aut exeant, aut quiescant: aut si in vrbe & in eadem mente permaneant, ea que merentur expectent. At etiam sunt qui dicant Quirites in exilium a me eiectum esse Catilinam, quod ego si prosequi possem istos ipsos eiicerem, qui hęc loquuntur. homo enim videlicet timidus aut etiam permodestus vocem consulis ferre nō potuit. Simul atq; ire

in exilium iussus est, paruit. Qui vt hesterno die cum domi meę pene interfectus essem, senatum in ędem Iouis statoris vocaui, rem omnem ad P.C. detuli quo cum Catilina venisset, quis eum senator appellauit? quis salutauit? quis denique ita non aspexit vt perditum ciuē, ac non potius vt importunissimum hostem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum ad quam ille accesserat nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul (qui verbo ciues in exilium eiicio) quęsiui an Catilina in nocturno conuentu apud M. Leccam fuisset, nec ne. Cum ille homo audacissimus conscientia conuictus primo reticuisset: patefeci cętera, quid ea nocte egisset, quid in proxima constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta docui. Cum hęsitaret, cum cunctaretur quęsiui quid dubitaret proficisci eo quo iam pridem pararat, cum arma, cum secures, cum fasces, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam (cui etiam ille sacrarium scelerum domi suę fecerat) scirem esse pręmissam. In exiliū eiiciebam quem ingressum in bellum esse videbam? Etenī credo Manlius ipse Centurio qui in agro Fesulano castra posuit bellū populo Romano suo nomine indixit. & illa castra nunc non Catilinam ducem expectant. & ille eiectus in exilium se in massiliam (vt aiunt) non in hęc castra conferet. O conditionem miseram non modo administrandę verumetiam reipu. conseruandę. Nunc si Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circunclusus ac debilitatus subito pertimuerit, sententiam mutauerit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abiecerit, ab hoc cursu sceleris & belli iter ad fugam atque in exilium conuerterit: non ille spoliatus a me armis audacię, non obstupefactus ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus: sed indemnatus, innocens, in exilium eiectus a consule vi & minis esse dicetur? Et erunt qui si hoc fecerit non illum improbum sed miserum, me non diligentissimum consulem sed crudelissimum existimare velint. Est mihi tanti Quirites huius inuidię falsę atque iniquę tempestatem subire, dūmodo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. dicatur sane eiectus a me dūmodo eat in exilium esse. Sed (mihi credite) non est iturus. Nūquam ego a diis immortalibus optabo Quirites inuidię meę leuandę causa, vt L. Catilinam ducere exercitum hostium atque in armis volitare au

diatis, sed triduo audictis. Multoq; magis illud timeo, ne mihi sit inuidiosum aliquando ꝙ illum emiserim potius, q̃ ꝙ eiecerim. Sed cum sint homines qui illum cum profectus sit eiectum esse dicant iidem si interfectus esset quid dicerent? Quamq̃ isti qui Catilinam Massiliam ire dictitant num tam hoc queruntur q̃ verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Manlium q̃ ad Massilienses ire malit. Ille autem sine me Hercle hoc quod agit nunq̃ antea cogitasset, cum latrocinantem se interfici mallet q̃ exulem viuere. Nunc vero cum ei adhuc nihil preter ipsius voluntatem cogitationemq; acciderit nisi ꝙ viuis nobis Roma profectus est. optemus potius vt eat in exilium q̃ queramur. Sed cur tam diu de vno hoste loquimur, & de eo hoste qui iã sese fatetur hostem? & quem quia (quod semper volui) murus interest: non timeo. de his qui dissimulant, qui Rome remanent, qui nobiscũ sunt nihil dicimus. Quos quidem ego si vllo modo fieri posset, non tam vlcisci studeo q̃ sanare sibi ipsos placare reipu. Neq; id fieri quare non possit, si me audire volunt intelligo. Exponam vobis Quirites ex quibus gradibus hominum iste copie comparentur: deinde singulis medicinam consilii atq; opis mee (si quam potero) afferam.

Vnum genus est eorum qui magno in ere alieno maiores etiã possessiones habeant quarũ amore adducti nullo modo dissolui possunt. Horum hominum species est honestissima: sunt enim locupletes, voluntas eorum & causa impudentissima. Tu agris, tu edificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copiosus sis & dubites de possessione detrahere, acquirere ad fidem? Quid enim expectas bellum? quid in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? An tabulas nouas. Errant qui ista a Catilina expectant: meo beneficio tabule noue proferentur verumetiam auctionarie. Neq; enĩ isti q possessiones habẽt alia ratione salui esse vlla possunt quod si maturi⁹ facere voluissent, neq; id qđ stultũ est certare cũ vsuris fructibus ꝑdiorũ, & locupletiorib⁹ his & meliorib⁹ ciuib⁹ vteremur. Sed hosce homines minime puto ꝑtimescẽdos: ꝙ aut deduci sentẽtia possũt, aut si ꝑmanebũt magis mihi videnť vota facturi cõtra rẽpublicã q̃ arma laturi. Alterũ gen⁹ est eorũ q quãq̃ ꝑmunť ere alieno, dominationẽ tamẽ expetũt, rerũ potiri volũt: honores quos quieta resp. desperãt

pturbata cōseq se posse arbitrant̄. Quib⁹ hoc pręcipiēdū videt̄, vnū scilicet & idē reliquis omnib⁹ vt desperēt se id quod conant̄ cōsequi posse. Primū omniū meipsum vigilare. adesse. prouidere reip. Deinde magnos animos esse in bonis viris & magnā concordiā maximā multitudinē: magnas pręterea copias militū, deos deniq; imortales huic inuicto populo clarissimoq; iperio pulcherrimę vrbi contra tantā vī scęleris pręsentis auxiliū esse laturos: q si iā sint (id quod summo furore cupiunt) adepti, nū cinere vrbis & sanguine ciuiū scelerata ac nefaria cęde cupiunt se consules aut dictatores, aut etiā reges sperant futuros? Nō vident id se cupere, quod si adepti sint, fugitiuo alicui aut gladiatori cō cedi sit necesse? Tertiū genus est ętate iā affectū: sed tamen exercitatione robustū. Qua ex gente ipse Manlius cui nunc Catilina succedit Hi sunt homines ex iis Coloniis quas fesulis sylla constituit, quas ego vniuersas esse ciuiū optimorū & fortissimorū virorū sentio. Sed tamē hi sunt Coloni qui se insperatis ac repentinis pecuniis sumptuosius insolentiusq; iactarunt. Hi dū ędificant tanq̄ beati, pręddiis, lecticis, familiis magnis, conniuiis apparatis delectantur: in tantū ęs alienū inciderunt vt si salui esse velint sylla sit his ab inferis excitandus. Qui etiā nō nullos agrestes homines tenues atq; egentes in eadē specie illā rapinarū veterū ipulerunt. quos ego Quirites in eodē genere prędatorū direptorūq; pono. Sed eos hoc moneo: desinant furere & proscriptiones dictaturasq; cogitare. Tantus eni illorū tēporū dolor inustus est ciuitati, vt iā ista non modo homines sed ne pecudes quidē passurę mihi videantur. Quartū genus est sanę variū & mixtū & turbulentum, qui iāpridē premuntur, qui nunq̄ emergunt, qui parti inertia parti male gerendo negocio, parti etiā sūptibus in vetere alieno ęre vacillāt qui vadimoniis iudiciis pscriptionib⁹ bonoꝝ defatigati, per multi & ex vrbe, & ex agris se in ista castra conferre dicunt̄. Hosce ego non tā milites acres q̄ infitiatores lētos esse arbitror. Qui hoies pmū s. stare nō possūt, corruāt. Sed ita vt nō mō ciuitas, sed ne vicini qdē pximi senti ant. Nā aliud nō itelligo quāobrē si viuere hōeste nō possūt pire turpi ter velint, aut cur minore dolore perituros secū multos, q̄ si soli pereāt arbitrant̄. Quintū genus est parricidarū sicariorū: deniq; omniū flagitiosoꝝ. q̄s ego a Catilina nō reuoco. Nā neq; ab eo diuelli possūt,

& pereant sane in latrocinio quoniam ita sunt multi vt eos carcer ca-
pere non possit. Postremum autem genus est non solum numero,
verum etiam genere ipso & vita (quod proprium est Catilinę) de eius
delectu immo vero de eius complexu ac sinu: quos pexo capillo niti-
dos aut imberbes aut bene barbatos videtis manicatis & talaribus tu-
nicis. velis amictos non togis, quorum omnis industria vitę vigilandi
labor in antelucanis cœnis exprimitur. In his gregibus omnes aleato-
res, omnes adulteri, omnes impuri, omnes impudici versantur. Hi pue-
ri tam lepidi ac delicati quidem non solum amare & amari neq; cantare
& saltare sed etiam sicas vibrare & spargere venena didicerunt. qui nisi
exeant: nisi pereant etiam si Catilina perierit scitote hoc in repu. semi-
narium Catilinarium futurum. Veruntamen quid sibi isti miseri vo-
lunt? Num suas mulierculas sunt ducturi in castra? Quemadmodū au-
tem illis carere possunt his presertim iam noctibus? Quo autem pa-
cto illi apenninū atq; illas pruinas ac niues perferent nisi idcirco se fa-
cilius hyemem toleraturos putent q nudi in conuiuiis saltare didice-
runt? O bellum magnopere pertimescendum. cum hanc sit habiturus
Catilina scortorum cohortem prætoriam. Instruite nunc Quirites
contra has tam præclaras Catilinę copias vestra præsidia vestrosq;
exercitus & primum gladiatori illi confecto & saucio consules impera-
toresq; vestros opponite. Deinde contra illam naufragorum eiectam
& debilitatam manum florem totius Italię ac robur educite. Iam loca
vrbes Coloniarum & municipiorum respondebunt Catilinę cumu-
lis siluestribus. Neq; ego cęteras copias, ornamenta, pręsidia vestra cū
illius latronis inopia atq; egestate conferre debeo. Sed omissis his om-
nibus rebus quibus nos suppeditamur eget ille senatu, equitibus, Ro-
mano erario: populo vrbe vectigalibus cuncta Italia, prouinciis om-
nibus exteris nationibus. Si inquam his omnibus rebus omissis cau-
sas ipsas quę inter se confligunt contendere velimus ex ipso q valde il-
li iaceant intelligere possimus. ex hac enim parte pudor pugnat, illinc
petulantia. hinc pudicitia, illinc stuprum. hinc fides, illinc fraudatio.
hinc pietas, illinc scelus. hinc constantia, illinc furor. hinc honestas, il-
linc turpitudo. hinc continentia, illinc libido. deniq; ęquitas temperā-
tia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxu-

ria, ignauia, temeritate cum vicijs omnibus. Postremo copię cum ege
state, bona ratio cum perdita mens sana cum amētia, bona deniq͡ʒ spes
cum omnium rerum desperatione confligunt. Huiusmodi igitur cer
tamine ac prælio. nonne etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi im
mortales cogent ab his præclarissimis virtutibus tot & tanta vitia su
perari? Quę cum ita sint Quirites vos (quemadmodum antea iam di
xi) vestra tecta custodijs vigilijsq͡ʒ defendite. mihi quidem vt vrbi sine
vestro metu ac sine vllo tumultu satis esset præsidii. consultũ atq͡ʒ pro
uisum est. Coloni omnes municipesq͡ʒ vestri certiores a me facti de hac
nocturna excussione Catilinę facile suas vrbes finesq͡ʒ defendent. Gla
diatores (quam sibi ille maximam manum & certissimam fore puta
uit) quãq͡ʒ meliore animo sunt quã pars patritiorum: potestate tamen
nostra continebuntur. Q. Metellus quem ego prospiciēs hoc, in agrũ
picenum Gallicanum præmisi, aut opprimet hominē, aut omnes ei⁹
motus conatusq͡ʒ prohibebit. Reliquum autem de rebus constituēdis:
maturandis, agendis, iam ad senatum referemus, quem vocari videtis.
Nunc illos qui in vrbe remanserunt atq͡ʒ adeo contra rempu. vrbis sa
lutem omniumq͡ʒ nostrum in vrbe a Catilina relicti sunt quãq͡ʒ sunt
hostes: tamen (quia nati sunt ciues) monitos eos etiam atq͡ʒ etiam volo.
mea lenitas si cui solutior visa est expectauit hoc vt id quod latebat eru
peret. Quod reliquum est iam non possum obliuisci meam hanc esse
patriam: me horum esse consulem. mihi aut cum ipsis viuendum aut
pro his esse moriendum. Nullus est portę custos, nullus insidiator vię.
si qui exire volunt consulere sibi possunt. Qui vero in vrbe commoue
rit: cuius non modo factum sed inceptum vllum conatum ve contra
patriam deprehendero, sentiet in hac vrbe esse consules vigilātes: esse
egregios magistratus. esse fortem senatum, esse arma, esse carcerē quē
vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse
voluerunt. Itaq͡ʒ hęc omnia sic agentur Quirites, vt res maxima mini
mo motu pericula summa nullo tumultu bellum intestinum ac dome
sticum post hominum memoriam crudelissimum & maximum me
vno togato duce & imperatore sedetur. Quod ego sic administrabo
Quirites (si vllo modo fieri potest) ne improbus quidem quisq͡ʒ in
hac vrbe pœnam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestę audacię, si im

pendens patrię periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit, illud perficiam profecto quod in tanto & tam insidioso bello vix optandum videtur, & ne quis bonus intereat paucorumq; pœna vos iam omnes salui esse possitis. Quę quidem ego neq; mea prouidentia, neq; humanis consiliis fretus polliceor vobis Quirites, sed multis & non dubiis deorum immortalium significationibus quibus ego ducibus in hanc spem sententiamq; sum ingressus. qui iam non procul vt quondam solebant ab externo hoste atq; longinquo sed hic pręsentes suo numine atq; auxilio sua templa atq; vrbis tecta defendent. Quos vos Quirites precari, venerari, atq; implorare debetis vt quam vrbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimamq; esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis terra mariq; superatis, a perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

Deo gratias.

Impressum & absolutum est hoc pręclarum opus,
in complutensi academia. xxiiii, kal. Septembris, per egregium virum Michaelē
de Guia, typicę artis sollertissimum. Correctum & a vitiis tersum per magistrū Ioannē de
Angulo.



Errata.

Quæ in hoc libro studiose lector ab exē-
plari deprendimus, hec fere sunt.

Folio.iii.pagi.ii.linea.iii.lege sic fortitus est non paulus. & linea xxix. deficit Ad colossenses vnā. Fol.iiii.pagi.ii.linea.vi.lege sic vxorē nō habēs. Fol.v.linea.ii.p carcere pro post carcerem. & linea. xviii. secunda pro secundam. & linea.xx. Hirenus pro Irenęus. & linea. xxvii. Herbam pro Hermen.eodem fol.linea.xxi.femina pro somnia. & linea.xxvii. quę pro quem. Fol.vii.linea.v.incorporale pro corporale. & eodem folio linea.xxix.anacleto pro aniceto. & eodem folio linea. xvii.herenęus pro Irenęus. & linea.xxiiii.hymen pro hyemem. & linea.xxv.gratię pro grecię. Fol.viii.linea.ii.filogos pro philologos. & linea.x.chocebas p chochibus. & linea.xx. quo pro qua. & linea.xxvi. primum pro plurimum.eodem fol.linea.iii.Hereneus pro Irenęus. & linea.xv.lapsis pro plasmate. & linea.xxi.dedit, dicens.pro dicit. Fo.ix. linea.ii.prisca pro priscilla. & linea.ix.amastrinam pro amastrianam. & linea.xiiii.Cynicus pro pinytus. & linea.xxviii.cortinę p gotirnę. & eodem folio linea.x.ab assyriis pro a Syris. & linea.xiii.facto pro fato. & linea.xxvii.basilicum pro blastum. Folio.x.linea.ix.pantenon pro pantenus. & linea.xxi.appellem pro apellen. & linea.xxiiii.adiutorem. pro auditorem. & eodem folio linea.xix. & .xxiii.priscam pro priscillā. & linea.xxix.crimē pro crinē. & prophetas pro prophetes. Fol.xi.linea.vi.carnium pro Carinum. & linea.ix. nisi pro misi. & linea.xxv. omni pro omnium. Fol.xiiii.linea.ix. & .xii. & .xxvii. Fabium pro flauianum. fol.xv.linea.viii.Sabellum pro sabellium. & linea.ix.delupoorum pro Teleporum. Eodem fol.linea.ix.pictaniensis pro pitabionensis, & linea.xxv.maximi pro maximini. & linea.xxxi.deficit & rethorice. Fol.xvi.linea.vi.tinus pro Tinnis. & linea.xv.attritus pro accitus & famo pro flauio. & linea.xxiiii.deficit Ad demetrianum auditorem suum: libros duos. & eodem fol.linea.xxiii.fidetes pro fidites. & herisę pro berię. & linea.xxvii.engastinunco.pro engastrimitho. & linea xxix.amiciranus pro anecirantis.

FINIS.



